⁊ vegetant̄: in hoie tn̄ cum infundit̄ aia ipsa aia rationalis essentialiter vna est: hn̄s perfectionē ois aie. i. nō solū
intelligēdi potētiā: sed etiā sentiēdi ⁊ vegetādi. Scd̄a similitudo: deus triuus est in ꝑsona. iuxta illud. i. Johā. v.
Tres sunt qui testimoniū dant in celo: pater ꝟbū et spiritussctūs. Et aia est trina in potētia: scz memoria intelligētia ⁊ volūtate. In hoc tn̄ dissimilitudo: q: tres ꝑsone diuine sunt de⁹: sed potētie aie nō sunt essentia aie: sed vires
eius ab ea fluentes. Tertia deus est simplex oino: ita ꝙ
nulla cōpositio in eo repeit̄: ⁊ neq̧ ex materia et forma
neq̧ ex subiecto ⁊ accidente: nec ex esse ⁊ essentia. Et aia
nr̄a simplex est quātū ad hoc q: non est cōposita ex materia et forma. prout est hō ex corpore et aia. ⁊ alia corꝑalia.

[margin: Nouem sūt similitudines in ter deuz et aiam quātum ad sua naturalia.]

Quarta deus est immortalis. i. Tim̄. i. Regi seculoꝝ immortali ⁊c. Et aia est imortalis iuxta illud Sap̄. iij. Iustorū aie in manu dei sunt ⁊c. Visi sunt oculis insipientium
mori: illi autē sunt in pace. Cōsiderata enī aia sm̄ substātiam suā: vt dicit Vincē. in speculo historiali: icorruptibilis: est: q: nō est ex ꝯtrijs eius substātia: nec aliq̄d sue nature ꝯtriuz hz a quo possit corrūpi. Similiter ꝯsiderata quātum ad formā que est potētia intelligēdi: q: intellect⁹ est
capax oīm formarū intelligibiliū q̄ per se sunt incorruptibiles. Simil̄r cōsiderata ad finē suū: qua data est ei ꝟtus
speculatiua ⁊ motiua per quā se pōt ordinare ad summū
bonū: sm̄ hoc manet volūtate primi incorruptibilis ⁊ magnitudine pene vel premij. Ex creatiōe hz vt actiōe alterius nō possit corrūpi: nisi ex actione dei. Ex relatione ꝟo
ad finē hz ꝙ velit deus eā nō corrūpi. Hec ille. De imortalitate tn̄ aie plenius infra ꝓbabit̄. Quinta similitudo: *[margin: co. ti. c. v]*
deus inuisibilis est. Jo. i. Deū nemo vidit vnq̄. Est enim
spūs. Joh. iiij. Deus spūs est: et sensus corꝑalis nō est apprehensiuus rei spūalis sed corporalis. Quod autē dixit
Jacob Gen̄. xxxij. Vidi deū facie ad faciē. intelligendum
est sm̄ magr̄m in. ij. sentē. q: vidit aliquē angelū in specie
corꝑali apparentē: deū representantem: ita ⁊ aia inuisibilis
est: q: spūs est. Vn̄ xp̄us in cruce ait Luc. xxiij. In manus
tuas dn̄e cōmēdo spm̄ meū: idest aiam. Vnde oculis corporeis videri non pōt. Quod aūt dicit Greg. in. ij. dialogoꝝ beatū Benedictū vidisse aiam sororis sue: scz Scholastice in modū colūbe in celū ascēdere: nō est intelligendū aiam esse talis forme: vel cuiuscūq̧ corporalis sed ad
ostendēdū puritatē illius apparuit illis tale aial ex aere
formatū. Sexta de⁹ est vbiq̧. Hiere. xxiij. Celū et terram
ait ego impleo. Totus est in toto vniuerso nō cōclusus. ⁊
tot⁹ in qualibet parte eius: quia indiuisibilis est: et vbiq̧
influit et operat̄ virtus eius: etsi nō vbiq̧ manifestet gloriam eius vt in celis. Et aia nostra est tota in toto corpore: et tota in omni ꝑte eius. Non enī viuit corpus nisi aia
p̄sente inquit Aug. de peni. dist. i. porro illi. §. resuscitatus
Ita etiā nō viuit nec sentit aliq̄ ꝑs corꝑis nisi ꝑ aiaz: ⁊ q:
aia nō est quanta dimensiue: ideo vbi est: ibi tota est. Vn̄
cū ledit̄ aliqua ꝑs minima etiā sentit q̄s dolorē: q: ibi est
aia que viuificat illam partem. Septima deus est vnuz

principium vniuersi seu mūdi a quo omnia processerunt. Apo. xxi. Ego sum alpha et o: principium et finis. ⁊ homo est vnū principiū mūdi minoris: idest totius gn̄is humani: qd̄ processit ex eo quātum ad corpulentā substantiam. Adā em̄ primo solus formatus est ⁊ de eo eua et ex illis alij. Hec similitudo imaginis ponitur ab Aug. xxxiij. q. v. hec imago. Sed q: hic agit de aia nō de toto hoie: iō ista similitudo Aug. dimitti pōt et ponat alia scilz q deus est impassibilis. Malach. iij. Ego de⁹ et non mutor: ⁊ anima nō quidē immutabilis oino: sed p alterationē seu lesionē naturaliter. Nā q aia damnati patiat in inferno vel purgatorio ab igne: hoc agit ignis nō naturaliter: sed vt instrumentū diuine iusticie acerbissime crucians. Octauo de⁹ est in se gaudiosus. ⁊ aia est naturaliter gaudiosa: q: est apta naturaliter pticipare eius beatitudinē. Vn̄ dicit bea. Tho. q homo nō pōt diu stare in tristicia quin cōuertat se ad aliqd̄ gaudiū et delectationē: ⁊ ideo si nō se exercet in gaudio ⁊ delectatione spūaliū immergit se delectationib⁹ mūdi. Nono deus est intelligibilis ⁊ actu intelligit infinita: ⁊ est volibilis ois boni: ⁊ aia nr̄a est intellectiua et in potētia ad intelligendū infinita: ⁊ volens naturaliter bonū ⁊ infinitū bonū. Magna vtiq3 sunt ista que fecit deus anime: et ideo recolēda. ⁊ tam pulchra imago conseruanda non minus q pictura dei.

§. II. Quantū ad secundū

Anima ē imago incarnate veritatis.

Anima est imago incarnate veritatis mediātibus virtutibus que si nature sunt: non a se h3: sed infusas a deo. Vn̄ aia rationalis est adhuc pulchrior: q: potior est gr̄a vnde pcedūt virtutes q natura fm Ambro. de cōsecra. dist. ij. reuera. Et fm hoc est aia imago veritatis incarnate idest xp̄i. iuxta illud Rom. viij. Quos presciuit hos ⁊ predestinauit cōformes fieri imaginis filij sui ⁊. j. Cor. xv. Portemus imaginē celestis scz christi: qd̄ fit imitando virtutes eius. ⁊ habēdo spūaliter nouē similitudines pdictas fm pportionē inter deū et aiam. Primo videlz sicut aia est vnarita ⁊ tu sis tot⁹ vnum cū deo vnitus. ⁊ per cōformitatem volūtatis. j. Cor. vi. Qui adheret deo vnus spūs est cū eo: scz cōcordādo se cum volūtate sua vt xp̄s qui dixit. Nō mea volūtas sed tua fiat. Matth. xxvj. Scd̄o sicut aia est trina in potentia: ⁊ tu sis trinus in dilectione. s. dei tui ⁊ proximi. fm illud. Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo ⁊c. et proximū tuū sicut teipsum. Luc. x. Quod fecit xp̄s Apoc. j. Dilexit nos ⁊c. Tertio aia est simplex: et tu sis simplex nō duplex habēs in oibus rectam intētionem q: si oculus tu⁹ fuerit simplex totū corp⁹ tuū lucidū erit. Luc. xj. Petrus in pma canonica. c. ij. de xp̄o ait. Nec inuētus est dolus in ore eius. Quarto aia est imortalis: ⁊ tu caueas tibi a peccatis: q: vt d: Ezech. xviij. Aia que peccauerit ipsa morieť: nō quātum ad substātiam: sed quātū ad gratiā qua priuať per mortale: ⁊ per venialia disponitur ad mortale. j. Pet. ij. de xp̄o d: pctm̄ nō fecit. Quinto aia est inuisibilis ⁊ spūalis. ⁊ tu occultes opa tua bona ne videātur. vt vites superbiā ⁊ inanem gloriā. Mat. vj. Attēdite ne faciatis iusticiā vestrā corā hoibus. Sint ipa opa spiritualia separata a vita carnali sensuali: q: spirit⁹ carnem ⁊ ossa nō h3. Luc. xxiiij. Sic xp̄s mūdato leproso pcepit vt nemini diceret. Mat. viij. Sexto anima est in toto corpore vbiq3 ⁊ tu sis circūspectus quoad oēs potētias interiores ⁊ exteriores: ne ex aliqua parte diabolus valeat intrare: nec per visum: nec per auditum: nec p cor et huiusmodi. Abacuc. ij. Super custodiam meā stabo.

Nouem modis portaľ imago xp̄i spiritualiť

Septimo anima est impassibilis. ⁊ tu nō mouearis tribulatiōibus ⁊ angustijs oblit⁹ iniuriarū oim. Leuit. xix. Nec memor eris iniurie ciuium tuorum. Exemplo xp̄i qui semper siluit ⁊ patiens fuit. Est octauo aia gaudiosa. et tu gaudeas semper: nō in mūdo: sed in deo et bonis operibus. Semper peccator de peccatis doleat: et de dolore gaudeat. dicit Augu. de peni. dist. iij. si apls. ad Phil. iiij. Gaudete in domino semper. Nono anima est intelligibilis veritatis ⁊ volibilis bonitatis: ⁊ tu ergo vaces veritati p lectionem ⁊ auditionem diuinorum: et verū bonu3 non falsum ⁊ apparens appetas. Nam fm Grego. Qui ea que dei sunt sciunt: a dn̄o sciūtur. et qui ea que dei sunt nesciunt a domino nesciūtur. dist. xxxviij. qui ea. Semper christus mente gaudebat: et veritatem speculabatur.

Aia i baptismo recipit a xp̄o. ix. ornamēta virtutū q ipse habuit.

Quia etiā in baptismo anima per fidem efficitur spōsa christi: ipse christus confert ei nouem ornamenta virtutū que ipse habuit. Et hec notanť in autoritate Ezechi. xvj. vbi sic dicit sponsus. Laui te aqua et mūdaui sanguinem tuum ex te: vnxi te oleo. vestiui te discoloribus. calciaui te hyacintho. cinxi te bisso. indui te subtilibus. ornaui te ornamento. dedi armillas in manib⁹ tuis. ⁊ torquem circa collum tuum. dedi inaurē super os tuu3. circulos aureos in auribus tuis. et coronam decoris in capite tuo: ornata es auro et argento. hec ibi. Vbi considerandu3 q anima lota est aqua baptismi: ⁊ sic mundata a sanguine peccatorū. Vncta oleo chrismatis: ⁊ tunc aia intus ornať auro gratie ⁊ corpus argento clare fame. tunc primo induit eā subtilibus. i. camisia subtili fidei: q: transcendūt ratione3 ea que sunt fidei. Secundo induit eam vestitu deaurato charitatis. Tertio chlamyde discolorib⁹: idest diuersorū3 colorū. i. iusticiā que dicitur ois virtus: ⁊ sic varia. Quarto cingit cingulo bissino castitatis ⁊ abstinētie que pertinent ad tēperantiā. Quinto calciat hyacintho colore ceruleo scz simili celo. i. spe eternorū et desiderio celestium. Sexto ornat armilla in brachijs fortitudinis ⁊ exercitio bonorū operū. Septimo ornatur torque aureo circa collū scz prudētie. Octauo appenduntľ inaures in auribus humilitatis quidem ⁊ obediētie in aduersis: ⁊ tēperantie in psperis. Tandē nono coronaľ corona decoris in capite. s. pseuerantie. Nam vt dicit Ber. Sola pseuerātia coronabitur. His oibus ornamētis fuit xp̄s ornatus. Nā quātu3 ad fidē habuit eā non sicut nos: q: clare deū videbat: sed quātū ad id qd̄ est perfectiōis in ea. s. assentiendo oi veritati diuinitus reuelate. Spem vero quātū ad glorificationem corpis futurā. vt ergo portetis imaginē celestis: induimini dn̄m iesum xp̄m. Rom. xiij.

§. III. Quātu3 ad tertiū sc3

Aia est imago glorificate intellectualitatis.

supernalia que aie preparata sunt: est imago glorificate intellectualitatis. i. angelorū sanctorū. j. Corinth. ij. Ocul⁹ non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit que preparauit deus diligētibus se. s. bona glorie que angeli possidēt in patria: ad quā hoies ascēdentes equales sunt angelis dei. ait xp̄s Matth. xxij. Nouem autē sunt ordines ipsorū angelorū. inquit Grego. de pe. dist. ij. c. principium. Angeli/archangeli/potestates/virtutes/pricipatus/dominationes/throni/cherubin et seraphin. Hoies autē non facient ordinem decimum de per se in glia. sed assumuntur aie sanctorū ad diuersos ordines angeloru3 fm differentiam meritorum. Et quis quilibet ordo possideat aliquod donum excellenter vnde denominatur vt dicit magister in. ij. sentē. dis. ix. nihil tamen singulariter.

Aia btā pticipat aliqd cū oib⁹ ordinib⁹ angelorū.

Participat ergo quelibet aia beata cu3 oib⁹ ordinibus aliqd. Nam seraphica est p amoris ardorem. Interpretaľ em̄ seraphin incendens. ⁊ Esa. xxxj. ca. d: Dixit dn̄s cuius ignis est in syon: ⁊ caminus ei⁹ in hierlm ⁊c. Est aia cherubica per cognitionis plenitudinē. Interptaľ em̄ cherubin plenitudo sciētie. ad Heb. viij. Oēs scient me dicit dn̄s a maiori vsq3 ad minorem. Greg. iiij. moral. Quid est qd̄ nesciant q scientē oia sciunt. Est thronica p pcinij quietā et securā tentionē. Thronus d: sedes nobilis in q quiescitur ⁊ firmus quis manet. Jo. xvj. Gaudiū vestrū scz supne glorie: nemo tollet a vobis. Jo. x. Ego vitā eternā do eis. s. ouib⁹ meis: ⁊ nō peribūt in eternū. Est dominatiua per summam puritatē. Maius dominiū esse nō potest q esse liber a vitijs ⁊ passionibus ⁊ miserijs corporis: quod

non fit nisi in gloria. Rom. viij. Ipsa creatura liberabit a seruitute corruptionis in libertatē glorie filiorum dei. In multis hic offendimus oēs: sed ibi sine macula sunt ante thronū dei. Apoc. xiiij. Principatuz hz aīa summe dignitatis. nam oēs reges et principes mūdi sunt. j. Reg. ij. vt sedeat cū principibus et soliū glorie teneat. Fecisti nos deo nostro regnū. i. reges. cātāt sancti: vt dr in Apoc. v. Uirtutē hz in se summe vigorositatis: et qd ad aīam in omni virtute firmatā: mutata tñ fide in visionē et spe in possessionē. Et qd ad corpus factū in resurrectiōe finali īmortale et impassibile. ps.

Ps. xlv. Fluminis impetus letificat ciuitatē dei. Impetus fluminis signat perfectionē virtutū: q: ad vsum nō presentis vite: sed perfectissime erunt in aīabus. Apoc. vij. Nō esurient neqz sitient amplius etc. Facientes etiā miracula plurima post mortē sancti: inter potestates reperit pro repressionē demonū. Nā sicut angeli sancti refrenāt maliciā demonū: ne tantū noceant quantū vellēt et precipue potestates: ita et sancti iuuant nos cōtra malicias demonū spūaliter et corporaliter: vt patz ad corpora multorū sanctorū. Archāgelorū capit proprietatē aīa per altissimā claritatem et reuelationē magnorū secretorū. Angelorū aūt pro obediētie agilitatem parate sunt semper: et nil aliud pōt in eorū appetitu cadere nisi quod deus

Ps. ciij. vult: sicut et de angelis dr in ps. Facientes verbū eius ad audiendā vocē sermonū eius. Et sic aīe pro bona supernalia collata est imago totius celestis hierarchie in patria. Sz si hic

Aīa q̄ viuit vitiose: efficit imago diuersarū bestiarum. viuit vitiose efficit imago diuersarū bestiarū. Ro. j. Mutauerūt gloriā incorruptibilis dei. i. gloriosam imaginem dei in imaginē corruptibilis hois et volucrū et q̄drupedū serpentiū et ceterorū. Hinc et Boe. de phica cōso. Euenit vt quē diuersis vitijs trāsformatum videas hoiem estimare nō possis. Exēplificat de diuersis vitijs varijs bestijs assimilans. Supbia leoni. Inanis glīa pauoni. Inuidia linci. Auaricia talpe vel serpēti terrā comedēti. Ira cani. Gula vrso. Accidia asino. Luxuria porco. Timiditas ceruo. Instabilitas aui et hmōi. Et cōcludit Boe. Itaqz fit vt q̄ probitate deserta in diuinā conditionē trāsire nō possit vertat in beluā. Qd et p figurā ostēsum est in Nabuchodonosor: qui propter supbiā suā est in bouē ex hoie cōmutatus. vt dicit Augu. xvij. q. iij. miror. Et tales persōnes in alia vita sumūt imagines demonū. vñ Thren. iiij. Denigrata est super carbones facies eorū. Demones cōiter pingūtur nigri ad innuendū obscuritatē et horribilitatem eorū. Pro maiori

Quinqz sunt q̄ diuersimode representant deum. aūt declaratione eius qd est. s. de imagine. Nota q̄ q̄nqz sunt q̄ deum diuersimode representāt. s. vestigiū: imago: ad imaginē esse: similitudo et equalitas. Primo enī vestigiū representat illud a q̄ causaliter est expressum confuse: sicut impressio pedis relicta in puluere. et similiter cinis dr vestigiū ignis et sic qlibet creatura irrationalis dr vestigiū dei: q: ipsum aliquo modo representat p aliquā sui virtutē. Vñ Job. xj. Forsitan vestigia dei cōprehendes: et vsqz ad perfectū oīpotentē reperies. Scdo imago repsentat illud a quo est producta clare expresse. Et hoc duobus modis. q: vel in specie similitudine: sicut imago regis in filio: vel in figure similitudine: vt patz de imagine regis expressa in nūmo. Ponit Aug. in libro de decē chordis exemplū dicens. q̄ sicut imago imperatoris aliter est in nūmo: aliter in filio: q: in filio est impressa scdm cōuenientiā nature: in nūmo autē non: sic et tu nūmus dei es. et hoc melior: q: cū quadā vita et intellectu es. vt scias cuius generis imaginē. nūmus aūt nescit se habere imaginē imperatoris. Ponit etiā exemplū de imagine que est in filio et in speculo. In filio enī hoie est imago patris: et ex hoc est pater eius. In speculo vero imago nō est hoc qd ipse homo: et ex hoc nō est pater eius. In filio regis est imago scdm equalitatem substātie: et ex hoc rex est pater filij. In speculo aūt lōge est a substantia. Sic a sili. Filius dei est imago patris et nunq̄ dr esse ad imaginē. et hoc propter idētitatē nature expresse: quā dei filius repsentat. Homo vero dr imago dei propter identitatem similitudinis. et dr etiam esse ad imaginē propter imperfectionē similitudinis. Unde dr Gen. j. Faciamus hoiem ad imaginē et similitudinem nostrā. Nam hec prepositio ad: distātiā significat. Tertio similitudo representat candē qualitatē nō vt expressam ab alio: vt ouū est sile ouo: nō tñ est imago oui: q: nō expressum ab ouo. vñ vbicunqz est imago est similitudo: sed nō econuerso. Quarto equale representat illud a quo est expressum perfecte. Nam equalitas nō est de rōne imaginis nisi perfecte: qualis est filius dei. Ex his elicit q̄ aliqua creatura est que nec imago est nec ad imaginē: vt creatura irrationalis: sed dr vestigiū dei. Aliqua res est q̄ nūq̄ est ad imaginē: sed imago dei tñ: vt filius dei. Col. j. Est filius dei imago inuisibilis dei: et hoc propter idētitatem nature. Aliqua creatura est que est imago dei et ad imaginē dei: vt homo qui propter similitudinē non equalitatis: sed proportionis inter deū et ipsum dr imago: et propter imperfectionem similitudinis dr ad imaginem dei: q: scz nō habet idētitatem nature cum deo sicut dei filius. Raynerius post Tho. in. j. parte. q. xciij.

Imago vbicūqz est similitudo est sz non ecōuerso.

De mira nobilitate anime. Capitulum. ij.

Benedic aīa mea domino. dñe deus meus magnificatus es vehemēter. ps. ciij. In oībus operibus suis dñs magnificat idest magnus efficit nō in se qui augeri nō pōt: sed in nostri cognitione. i. magnus ostendit nobis in sua potētia: sapientia et beniuolētia. Qui facit magna et inscrutabilia et mirabilia absqz numero: vt ait Job. Sed inter oīa opa sua ab extra. vehemēter magnificat. i. magnus et mirabilis ostēdit in aīe rōnalis creatione et bonorū innumerabiliū eidē collatione. Et ideo benedic aīa mea dño: benedic corde: ore et opere: et vt frequentius benedicat frequēter cōsiderare debet ipsius aīe excellentiā nobilitatē et pulchritudinem sibi collatā. Sicut enī principiū salutz est cognitio sui: ita causa interitus est ignorātia: siquidem ignorātia mater cunctorū errorū ab oībus vitanda est: vt dr. xxxviij. di. ignorantia. et permaxime ignorātia sui. Unde et querēti cuidā vñ posset beatus effici. respōsum fuit ab Apolline delphico: gnoti se autō. i. nosce teipsum. quod allegat Bern. ad Eugeniū scribens. Qd sub alijs verbis notat Job dicēs. Uisitans speciē tuam non peccabis. i. considerans tuam essentiā. i. teipsum: vt exponit Helinādus. Quid enī prodest homini scire vires herbarū: virtutes celorum: siderū cursus: hoim mores: naturalia cuncta: sui noticia postposita. Ipsam aūt anime qualitatem describit Salomon dicens. Cañ. j. Si te ignoras o pulchra inter mulieres etc. vt j. patet. Quanta sit anime humane pulchritudo: nobilitas: et refulgentia: et quanta sit eius circa hoc ipsum ignorantia: et quomodo possit et per que media deuenire vt habeatur ipsius anime natura: et vtilis noticia et recta vita: pulchre et deuote et egregie ostendit Johānes dñici cardinalis in itinerarij libro exponens dicta verba. Si te ignoras: o pulchra inter mulieres egredere et abi post vestigia gregum: et pasce hedos tuos iuxta tabernacula pastorū. In quibus quidem verbis spōsus anime christus ipsam sponsam alloquens tria de ipsa ostendit.

Job. v.

Ignorātia ē mr̄ cunctorū errorum

Job. v.

Canti. j.

Primum est defectio cognitionis naturalis. ibi. Si te ignoras.

Secundum est perfectio conditionis humanalis. ibi. O pulchra inter mulieres.

Tertiū est instructio perfectionis internalis. ibi. Egredere et abi etc.

§. I. Inchoādo a secundo

cum scilz dr. O pulchra inter mulieres. notat magnitudo mirabilis excellentie aīe: ex tribus ibi positis: scz

Primo ex articulo vocationis: cum dicitur. O.

Secundo ex substātiuo intellecto adiectionis: cū subditur. pulchra.

Tertio ex termino cōparationis. ibi. inter mulieres.

Ubi sciendũ q̄ cũ sacre scripture preciosissima verba nullum superfluũ nil ociosum admittãt: iste ꝟo articulus seu interiectio o includat in omni vocatiuo: sequit̃ q̄ vbi põt intelligi videt̃ supflue annotari: nisi debita ratio assignetur.
Dec lr̃a o sex põt notare. Et ideo ↄsiderandũ est q̄ o est nota admirationis. durationis. cõpassionis. affectionis. reuocationis. ꝛ pfectionis. Ex quibus concludit̃ q̄ dño predicẽte cũ eã vocat o: anima est admirabilis. est durabilis. est iterminabilis. est desiderabilis. est amabilis. ꝛ est commẽdabilis. Primo igit̃ dico q̄ o notat admirationẽ: vnde cum de aliquo admiramur tanq̄ ibi deficiat spũs noster vltimã litterã proferimus ore que est scientie elemẽtum finale v et in greco
Mat. xv. o. Unde ꝛ saluator admirans seu ad modũ admirãtis se habẽs erga chananeam dixit. O mulier magna est fides tua. Mirabilis siquidẽ est anima: et a nobis incõprehensibilis ꝑ statu vie: ꝛ iuxta intelligẽtie facultatem naturalem. Mirabilis vtiq̄ in essentia: mirabilis in capacitate. Nã quantũcunq̄ q̄s ꝓficiat in scia nihil est respectu eius q̄d adhuc scire põt. Apparet capacitas eius mira ex artibus adinuẽtis pluribꝰ: ex sciẽtiis variis acq̄sitis: ex virtutibus descriptis: vt. j. patebit. Mirabilis est in diuine imaginis cõfluentia: vnitatẽ ꝛ trinitatẽ sup oĩa distinctius re-
Ca. pce. presentãs: vt. s. patuit. Mirabilis est in potẽtiarũ plura-
§. i. et. iij. litate. s. vegetatiua. sensitiua. intellectiua: quarũ quelibet
in fi. in plures subdiuidit̃. vt. j. ostẽdit̃. Mirabilis in corporis
Ti. ij. coniunctione: cũ res tam nobilis ꝛ magnifica vniat̃ cũ re
Ca. vl. e. tam vili ꝛ infima quale est corpus. ꝛ de hoc etiã. j. Mira-
titu. bilis est in corpali cõtagione: cũ mũda a deo creat̃: subito a corpe cui vnit̃ inficiat̃. Et nõ minus mirabilis in eiꝰ per baptismũ mũdatione. Mirabilis est in sui corporis exer-
titu. v. ꝑ citatione ꝑ potentias eius: de quo. j. habebit̃. Mirabilis
totum. est in sui separatione a corpore ꝛ operũ suoꝝ retributiõe. de q̄bus etiã tractabit̃. Mirabilis demũ in defuncti corporis reassumptione. Scd̃o o est nota durationis. Ex parte post iuxta illud Apoc. j. Ego sum alpha ꝛ o: primus ꝛ nouissimus. vbi a denotat eternã durationem ex parte ante. qz nulla littera ante eam. O vero ex parte post signat durationem: qz nulla littera sequit̃ fm grecos. Anima igitur humana non habet durationẽ ex pte ante. qz creata est in tempore: sed ex parte post: quia non terminat̃: sed est perpetua ꝛ immortalis: ꝛ de eiꝰ immortalitate plenꝰ. j. aget̃.
Co. ti. c. v. Et sicut finis alphabeti est o fm grecos: ita finis oĩm celorum ꝛ creaturarũ est anima rationalis. Et ideo postq̄ oĩa creata sunt: demũ ipsa creata fuit: ꝛ propter ipsam creata sunt oĩa: finis eñ etsi sit primũ in intẽtione: est tñ vltimũ in executione operantis. Omnia inquit Augustinus sup Genesim. fecit deus propter hominẽ: hoĩem aũt propter seipsum. Tertio o est nota cõpassionis. fm illud Threñ. j. O vos oẽs qui transitis per viã attendite et videte si est dolor similis sicut dolor meus. Cõsueuit eñ persona afflicta de se vel alterius afflictione multum dolẽs: frequẽter cũ suspiriis emittere o: in qua oĩs fere vox terminatur languẽtis. Nulla etiã litterarũ formatur pleno ore nisi o. Et nulla aptior ad clamandũ q̄ o. Audi o aĩa deũ tibi loquẽtem ꝛ dicentẽ o. ꝛ nõ despicias receptum auribus o. Tibi eñ cõpatitur: qz in peccatis fuisti. Tibi eñ cõpatitur: que tam nobilis ꝛ admirãda ad tantã miseriam eis deducta: vt peccõ sis subdita: ꝛ de regina vniuersoꝝ sis corporis vilis ancilla effecta. Tibi cõpatit̃: que eras celũ diuinum et facta es demonũ phanũ. Tibi cõpatit̃: cui seruiebant angeli: nũc imperant demones. O si tu videres tuã dignitatem per gratiã ꝛ nobilitatẽ per naturã. ꝛ demũ scires ad quã infelicitatẽ te deducit pctm̃: quantũ tu clamares o incessanter. Ille suspirat vt suspirare te doceat: dolorẽ affigit: vt de te tu pfecte doleas. Et languores ꝛ dolores ipse adhuc plãgit in cruce ꝛ clamore valido: vt ꝑpendas exinde quantũ tu debes dolere que cõmisisti pctm̃. Quarto o est nota affectionis seu desiderij ꝛ dilectionis: q̄d exprimebat ps̃. cxvij. dicens. O dñe saluum me fac o dñe bene ꝓsperare. A pueris ꝛ turbis clamatũ est in hebraico osanna: ex effectu eoꝝ ad xp̃m. Math. xxj. Uolens ḡ deus insinuare quãta affectione desiderio ꝛ amore vocet aĩam: vt spem generet atq̄ dilectionem reciprocã dicit. O pulchra. ope nãq̄ ostẽdit q̄cq̄d expressẽrat voce q̄ scz solerter te errãtem q̄siuit: perditã req̄siuit. Accẽdit lucernã fidei: totã domũ ꝑ charitatẽ euertit: inuenitq̄s letatur cũ angelis: etsi corã hoĩbus vere tristat̃. portat in humeris. reducit ad caulas: totam curiã gaudio ꝛ tripudio iubẽs per simphoniã ꝛ chorũ: etiam cum vicinis iocũdari: vt parabolice habet̃ Luc. xv. Quinto o est nota reuocationis siue secũde vocationis. experire in te rogo vsum vocantiũ: si alr̃ non notasti: qm̃ q̄ aliũ vocat in prima voce o nõ apponit. in scd̃a apponit. in tertia nõ replicat o. in quarta ꝟo iterũ dicit o. Et sic deinceps anteq̄ respõdeat ille in dispari fine o. ꝛ in pari cum o. format clamorem. Cũ itaq̄ audis q̄ tue vocationi ꝑponit̃ o. scito te alr̃ ab eodẽ vocatã: ꝛ accusa tarditatem tuã: ꝛ venerare cum gratiarũ actione bonitatem ꝛ pietatem suã. Te quippe p̃mo vocauit ꝑ creationem inserens in natura sup̃ipsius appetitũ. iuxͣ illud Boetij. Inserta est naturaliter mentibus hoĩm veri summiq̄ boni cupiditas. Et nũc vocat ꝑ noui luminis infusionem: vt altiora cõscendas. Et si forsitã te vocauit summo mane pueritie. in tertiis adolescentie. sexta iuuentutis. nona virilitatis. ꝛ iam venisti ad vndecimã senectutis: saltem sic ꝑ te fatigato responde. pare vocanti. vineam intra. pro ipso laboura. plus acceptura q̄ tu scires petere: vt habet̃ in parabola Mat. xx. Sexto o est nota perfectionis: vocat enim te per o. vt pfecte sequaris quã vult facere pfectã ipse. Perfectũ autẽ dr̃ cui addi nihil potest de essentialibꝰ sine specifica mutatiõe ipsiꝰ cui fit additio talis. ꝛ hoc modo dicti sunt perfecti celũ ꝛ terra ꝛ oĩs ornatus eoꝝ. Geñ. ij. Licet eñ bõ potuerit esse pfectior in accidentalibꝰ. vt scz nõ potuisse peccare si habuisset maiorẽ gratiam ꝛ hmõi: in essentialibus ꝟo nõ. Nã si adderet deꝰ aliqua aie supra potentiã intellectiuã q̄ essentialẽ pfectionẽ importarẽt: ipsa aĩa nõ esset eiusdẽ speciei cũ prima. ꝛ sic de aliis. Essentia lr̃arum est linea quedã seu linee. O autẽ vna linea perficit̃ q̄ principium fini cõiungit: ꝛ ideo pfectior ceteris. Ipsiq̄ o nulla põt fieri additio sine sui mutatiõe. Cõsidera igitur quãdã lineã quodãmodo esse aiam tuã: cuius pũctus primus est deus. A pũcto eñ inchoat̃ linea: ꝛ punctꝰ indiuisibilis est. sic ꝛ deus ex cuiꝰ manibꝰ tu existi ꝑ formationẽ. Mediũ huiꝰ linee est figura tua ab eo: que lõge recedẽs ab ipso longissimã lineã in obliquã ꝑ transuersum duxisti ab ipso ꝑncipio ↄtinue magis distãdo. At vbi venit plenitudo tp̃is: pũctus primꝰ vnitꝰ est vltimo. qñ. s. verbũ caro factũ est. Ioh. j. Uerbũ. ecce pũctus p̃imus. caro. ecce punctus vltimus. factũ est. ecce vnio punctoꝝ. Sicq̄ venit ad pfectũ humana natura hic ꝑ o vocitata. Quartadecima lr̃a in alphabeto nr̃o est o. ꝛ in tertia tesseredecade. vnio describit̃ naturarũ in xp̃o a mattheo. in. j. c. Dicit eñ q̄ ab abraã vsq̄ ad dauid sunt generationes. xiiij. ꝛ dauid vsq̄ ad transmigrationem babylonis. xiiij. ꝛ a trãsmigratione vsq̄ ad xp̃m. xiiij. vbi magnũ innuit̃ sacramentũ. Aĩa eñ in ꝑncipio antiquoꝝ ꝑ triplex o ad dñm suspirabat. p̃mo ꝑ o dicens. Osculet̃ me: suspirauit ꝑ scd̃m di. osculo. suspirauit per tertiũ dicens oris sui. Trinã eñ pfectionẽ desiderat aĩa. Pr̃ia est vnionis: q̄ fit ꝑ incarnationẽ. Scd̃a est operationis: q̄ dat̃ per pfecte gr̃e infusionẽ. Tertio est nature et cõicationis seu glorificatiõis: q̄ fit ꝑ vltime btitudinis acceptionẽ. Prima tesseredecas incipit ab abraã: cui incarnãdi verbi facta est repromissio prima. Scd̃a incipit a dauid: q̄ tam pfectus fuit cui dñs diceret. Inueni hoĩem fm cor meũ. Tertia pfectio exorit̃ in transmigratione a babylone ad hierlm̃ patriã repromissionis iocũde ꝛ cõsummatur in xp̃o nunq̄ intermediãdo. Itẽ nota q̄ o est lr̃a quarta vocalis. vt cũ te ꝑ o a dño sentis vocari: recorderis q̄ in p̃re tuo abraã tibi ꝑmisit quarta generatione reuerteretur

Prosa. ij tertij de consola.

Perfectũ dicit̃ cui addi nihil potest.

huc. Gen. xv. sc3 ad terrā pmissionis supernā patriā figu-
rantē: ⁊ de filijs abrae facta est illa promissio qui sunt veri
fideles eū ope imitantes. Generationes aūt ille spūales
sunt ⁊ in qlibet pñt intueri. Nā prima est p fidē. Scđa per
spem. Tertia p charitatē. Quarta p adnihilationē seu hu-
militatē: ⁊ tunc reuerteris huc: qz hncme dign⁹ eris. i. mei
gr̄ia. Ideo igit̄ p o te vocauit q̄ ista est quarta itervocales:
qz in q̄rta generatione ꝟtutū supradictarū perficiēda ex:
Ro. xi. ⁊ o est nota perfectionis. O altitudo diuitiarū sapiētie ⁊
sciētie dei: q̄ incōprehensibilia sunt iudicia eius ⁊c.

§. II. Secūdo notat̄ excel-

Aia assimilatur mulieri ppt tria. lentia ⁊ nobilitas aie: ex eo q̄ assimilat̄ mulieri: cū dr̄: pul-
chra. pulchra. s. mulier. Ex ipo vocabulo mulieris ipa aia.
¶ Comparatur angelis.
¶ Reperitur in feminis.
¶ Commendatur in scientijs.
Hec tria sm scripturas gn̄a rerū significātur p mulieres.
Angelos siquidē quātū ad primū reperio a summa ve-
ritate tam mulieres q̄ viros noiatos in vno eodemq̄ ser-
mone vbi tractat̄ pabola ouis ⁊ drachme pditarū. In in-
uētione ouis perdite vocant̄ amici ⁊ vicini. In inuētione
ꝟo drachme amice ⁊ vicine: vt habet̄ Lu. xv. Sub noie q̄
filiarū hierl'm interpellat anima angeloz subsidia. vñ ait
Can. i. Filie hierl'm nolite considerare q̄ fusca sim. i. obscu-
rata per pctā. Dicunt̄ siquidem angeli viri rōne victorie 9
hostes nros demones: mulieres aūt rōne gratissime ⁊ at-
Vir est pulchrior muliere sz mulier magis est allectiua. trahētis venustatis. Utiq̄ pulchrior est vir muliere: sz spe-
cies mulieris magis allectiua q̄ spēs viroz. O igit̄ aia si
te ignoras: pulchritudinē tuā inter āgelos q̄re. Est aia an-
gelice nature persimilis: ⁊ quasi vn⁹ ex illis. Nō q̄ sis an-
gelus nec eiusdē speciei cū eis: angelis tñ te similē puta:
vt inter angelos decorē tuū cognoscas. Decē q̄dē drach-
mas ad vsum eundē creator in principio de nullo ente p-
duxit: quarum vna aia est: quā pditā q̄sluit mulier. i. sum-
ma sapientia: accensa lucerna in mysterio incarnationis.
Ibi em̄ materia lucerne: q̄ est terra sm vsum quorūdā lo-
coz ⁊ lychin⁹ cū oleo ⁊ lumine. sic i mysterio incarnatiōis
pacto a diuina sapia q̄ est de⁹: inuenit̄ testa corp⁹ de terra
lychyn⁹ aie purissime cū oleo gr̄e: ⁊ lumē diuinitatis in vno
hoie xp̄o: et p hāc lucernā repta est drachma nature hūa-
ne vna ex decē. Licz autem oēs angeli cū aiab⁹ vni⁹ dicā-
tur esse nature: hoc est in genere inquātū intellectiua: nō
tñ vnius spēi: sicut lapides p̄ciosi oēs dicunt̄ vni⁹ nature
generalis inquātū preciosi: sunt tñ spē differētes: ⁊ perfe-
ctior vn⁹ altero: vt iaspis. smaragdus. sapphyr⁹. carbūcu-
lus et hmōi. Sic ⁊ angeli singulari sunt specie differētes.
Nā q̄ ezechiel posuit nouē noia lapidū p̄ciosoz de ange-
lis loquēs. hoc refert Greg. ad ordines ipoz q̄ nouē sunt:
vt in homel. exponit: nō ad spēs eoz q̄ innumere sunt: qz
s. pre. q. l. arti. iiij. tot quot angeli numero sm bea. Tho. ⁊ Alber. Animarū
ꝟo. quarū vna spēs tñ est: oim tanta pfectio est: vt cuili-
bet angelo in gradu ⁊ in gr̄ia possit equari. Quinimo aia
xp̄i excedit angelos cūctos: ⁊ mater eius ꝟgo beatissima
sup oēs choros angeloz etiā exaltata laudat̄. Si igit̄ an-
geloz pulchritudinē vales repire: tuāq̄ inter illas cogno-
Angelorum pulchritudo ostenditur ex tribus. sces. Angeloz autē pulchritudinē admirandā predicāt
cōparationes. narratiōes. rōnes. Cōparant̄ em̄ luci: vñ sub
noie lucis intelligunt̄ creati: cū dictū est Gen. i. Fiat lux.
sm Aug. Stellis etiā que clarissime sunt. vñ Iob. xxxviij.
dicit deus. Ubi eras dum me laudarent astra matutina. i.
angeli: ⁊ iubilarent oēs filij dei. i. angeli boni tñ. Stella
autē differt a stella in claritate sm aplm. i. Cor. xv. in spe-
cie. sic ⁊ angeli. Soli quoq̄ cōparant̄. Matth. xiij. Fulge-
bunt iusti sicut sol. lapidibus quoq̄ preciosis: vt patz per
Ezech. Narrationes q̄ ostēdūt pulchritudinē angeloz.
Quāte em̄ venustatis sunt estimādi: ad quoz aspectū expa-
uit regina celoz. nā turbata ē in sermone archāgeli. Lu. i.
Tremuerūt pastores cū eis apparuit angelus magna cū

luce: vt habet̄ Lu. ij. Mulieres q̄ sancte corpus dñi lauru
ad sepulcrū querētes vnguendū. Mat. vlti. Ipse denique
aq̄la grandis: que solē verū irreuerberatis oculis potuit
intueri dicēs. In principio erat verbū ⁊c. cecidit an pedes
angeli secū loquētis vt eū adoraret rex magnitudine ful-
goris motus ⁊ gr̄ie: vt habet̄ Apoc. vlti. Uiuacissime de-
mū rōnes angelos speciosissimos prestant̄. Quales em̄
seruitores ⁊ ministros debuit sibiipsi creare pulcherrim⁹
deus oipotēs ⁊ sapiētia totus: q̄ fecit sidera viua in cōue-
xo celoz. q̄ tam splēdidas stellas vita priuatas in cōcauo
finit. Quales sunt estimādi q̄ sine fine absq̄ medio facie
diuinā omneq̄ decus pspiciunt ⁊ venustant̄ ab eo. Qua-
Eccl. i. les sunt q̄ oēm creaturā precelliūt. iuxta illud. Primū oim
creata est lux. i. angelica natura prioritate. s. dignitatis nō
tpis: vt exponit magr̄ in. ij. di. ij. Quales sunt: q̄bus sol et
luna deseruiūt: corpaq̄ celestia cūcta put iubēt ad nutū.
vnde ⁊ a phis motores orbiū celestium dicūtur. procul du-
bio ipsoz species vernās intellectus nostri facultatē exce-
dit: vt cōprehēdamus ex eo: qm̄ aia nostra eis assimilata
pulchrior est q̄ noscere possum⁹: que querēda inter ange-
los quasi in eis fundata ꝟitate attestāte que ait. Equales
Pulchritudo mulieris innuit decorē aie. sunt angelis dei. Mat. xxij. Scđa via p quā ducimur ad
inueniendā veritatē decoris animarū est cōsiderare femi-
narū spūales pulchritudines in scripturis commēdatas
hui⁹ rei figuratiuas. Sicut em̄ cū dixit angelus ad Ma-
riā. Benedicta tu in mulierib⁹. ⁊ Elizabeth ad eā. Bene-
dicta tu iter mulieres. Uoluerūt illo eulogio signare pre-
dictarū mulierū benedictiones: virginis tāte gratiā ⁊ be-
nedictionē copiosissime figurare. Sic locutio presens pōt
exponi cū dr̄. O pulchra inter mulieres: vt sit sensus. Si
inter mulieres quesieris: pollutam te videbis. Harū au-
tem fulgentem decorem demonstrant ista.
¶ Sanctorum verborum studiosa narratio.
¶ Castorum virorum amorosa sectatio.
¶ Suorum membrorum copiosa paratio.
Quantū ad p̄mū. Cum inter cetera bona moralia placi-
ta deo castitatis integre virtus teneat principatū: que nō
solū cōtactu: sed aspectu q̄ ⁊ memoria sexus alteri⁹ amit-
titur: nequaq̄ summ⁹ eius amator spūs sanctus: q̄ etiā de
mētibus castis placidū sibi cōstruit templum: tā sedule in
scripturis sanctis mulierū memoriā faceret: atq̄ tam cre-
bre aliquarū pulchritudinē narraret ⁊ cōmendaret mirā-
dā: nisi spūalē aie nos vellet docere decorē. Sicut em̄ vni-
tatis ⁊ pacis singularis amator: belloz narrationi in toto
veteri testamento principaliter videtur insistere: nō vt ar-
morū tradat doctrinā: sed vt bello spūali contra spūales
nequitias in celestibus deuotos armaret athletas fide-
les: vt dicit Greg. xxiij. q. i. nisi. Sic fragilioris sexus venu-
statem cōmendat puritatis amicus animarum: vt cogno-
scentes decorē toti in ipsarum cōspectu conuersi opere cō-
summato dicamus. Dñe dilexi decorē domus tue: ⁊ locū Ps. xxv.
habitationis glorie tue. s. anime. Nā quātū ad pulchritu-
dinē corporalem earum interdixit aspectū saluator dicēs
Matth. v. Qui viderit mulierē ad cōcupiscendū eā: iam
mechatus est eā in corde suo. Et ad animarū noticiam et
amorē fere totā suā extendebat doctrinā. Quid em̄ pdest
homini si lucretur vniuersum mundū: anime ꝟo sue detri-
mentū patiatur. Aut quā cōmutationē dabit homo p aia
sua. Matth. xvi. Quicquid igitur cōmendatū reperieris
in pulchritudine. Sare mirabilis: spectabilis rebecce: con-
cupiscibilis rachelis: dine venuste: elegātis arseneth: mi-
chol amabilis: subuertētis animū fortis bersabee: specio-
se iudith: hester amorose: gratiose thamar ⁊ aliarū. totū
intellige de aiabus figuratā pulchritudinē: quas si vide-
res nihil post deum posses preter eas amare. Demōstrat
secūdo hoc idem castorum viroz erga mulieres amorosa
sectatio. Quis enim credendus est purior Adam in statu
innocētie. Quis abraam castior: cuius matrimoniū com-
parat̄ virginitati baptiste. Quis mundior sancto Iacob

būs masculis ꝛ integro nūero mulierū ꝑseuerāte: scribit Esa. iiij. Apphendēt. vij. mulieres virū vnū in die illa dicētes. Panē nrm comedem⁹: ꝛ vestimētis nrīs operiemur: tantūmodo inuocet nomē tuū sup nos: aufer opprobriū nrm. Cū igit xp̄s sit vir aie: q̄ mulieri cōparat: cū dr̄ inter mulieres: ondit ex h pulchritudo ꝛ nobilitas ei⁹: q: naturalr̄ inclinat ad xp̄m deū ꝛ hoiem. Inclinat vtriq̄ aia etiā si est brā ad corp⁹ suū: sed sicut pfectū ad impfectū: vt videlz pficiat vasculū suū. Ad xp̄m aūt seu deū īclinat sicut impfectū ad suā pfectionē. Sz nota scdo q̄ nō absolute diceris. O aia pulchra: nec etiā faciendo cōparationē ad alia: diceris pulchra inter viros: sz inter mulieres. absolute pulcher est de⁹: imo pulcherrim⁹. iuxta illud Boetij de

Metro' 3 tertij. xxiiij. q. v. h imago. — phica 3so. Mūdū mēte gerēs similiq̄ imagine formās pulchrū pulcherrim⁹ ipse. Caput mulieris vir est: caput viri xp̄s. caput xp̄i de⁹ est: pulcherrim⁹ igit de⁹. vn̄ absolute dr̄. Ecce tu pulcher dilecte mi: ecce tu pulcher. Cañ. i. q: incōparabilr̄ sup angelos et hoies pulchrior xp̄s: inter viros: inter oēs scōs ꝛ angelos: sed pulchra aia inter oēs alias creaturas. etiā sup angelos inquātuz. s. deificata. i. deitati vnita aia hūana i dei vbo: sz in se 3siderata nō pulchrior angelis. Vn̄ tertio nota in cōparatione hac q: non dicit inter vgines sz inter mulieres. Mulier pprie est femina corrupta: vgines vtiq̄ angeli sunt: nō solū: q: corruptionis corpalis inexperte: sz q: nunq̄ in aliq̄ deliquerūt. aie vo post pimā trāsgressionē excepta aia xp̄i oēs reperiunt corrupte originali pctō. Post deū igit ꝛ angelos maxima repenit pulchritudo tua inter oēs creaturas. q̄nimmo vt in xp̄o est nr̄a natura nobilior etiā angelis reperit. vn̄ et fm apl̄m ad Heb. i. Cū introducit. s. de⁹ pr̄ pimogenitū in mūdū dicit. sc3 de corde: et eū oēs angeli tanq̄ superiorem suū. O igit pulchra inter mulieres. ꝛ in hoc quoad pimū.

§. IIII. Quātū ad secundā

Aia hz defectione cognitiōis naturalis. — partē: q̄ pertinet ad primū mēbrum diuisionis pncipalis: notat defectio cognitiōis naturalis. ibi. si te ignoras. Siqdē nescit aia q̄d sit aia: ꝛ q̄ cetera videt seipsam nō videt: lōge extra se posita speculatiue rimat: et intrinseca sua dz ignorare: sicut accidit de oculo q̄ cū cetera videat se nō videt. Vn̄ eīm disputantiū pbor tot de aia opiniones ponūtur: nisi q: nullus sui naturam cognouit. Mox aūt vt aia est separata pōt vniri p contactū alteri aie: ꝛ vidēs aliam animā cognoscat seipsam. sicut ꝛ angeli ante confirmationē: vidēdo ceteros se videbāt in illis dignitatē ppriā ex illo intuitu cōprehendēres apte. Sed dicet aliq̄s nō inepte fm regulā iuri. Nemo pōt ad impossibile obligari. de reg. iu. li. vi. c. nemo. Si igit aia nō pōt se cognoscere: g̃ nō obligat se scire: ꝛ si non obligat nō peccat se nesciendo nec est digna pena. Sed cū ignorātia sit pena g̃ non est dicēda se ignorare: sed poti⁹ nescire: sicut ꝛ angeli cū nō oia sciāt dicunt tn̄ illa q̄ non nouerūt nescire: nō autē ignorare. Sed ad h r̄ndet q̄ in scripturis aliq̄n ignorātia ponit p nescien-

Psal. xxxiiij. — tia. Vn̄ illud pō. Que ignorabā. i. nesciebā. interrogabāt me. Et loquit de xp̄o fm prē sensitiuā: in q̄ tpe passiōis videt fuisse nesciētia. nō aūt fm partē intellectiuā: in q̄ non ignorātia neq̄ nesciētia erat aliq̄ eorz q̄ sunt fuerūt ꝛ erūt sed oia sciebat. Scdo pōt dici aliter. s. q̄ imputat a se ignorantia: sicut ꝛ originale pctm̄ cui⁹ est pena p ppagationē deriuatū in posteros a pimo parēte. Si eīm adā nō peccasset: nō eēt aia corpis serua sed dn̄a: non obcecata tenebris pctōrz: sz illuminata luce vtutū: cum q̄ sic q̄dē luce: q̄ fuisset aiab⁹ cōis oibus se forsitan cognouisset ꝛ q̄ mō ignorat. Tertio pōt sic r̄nderi: licet aia ex toto se nō valeat cognoscere absq̄ luminis infusiōe: pōt tn̄ ad talē cognitionē venire: vt de se nō psumat ꝛ nō dicat q̄si psumēdo: osculet me osculo oris sui ꝛc. q̄si sit hmōi digna. Ignorat ergo primo

¶ Suam iniquitatem actualem.

¶ Suam infirmitatem virtualem.

¶ Suam instabilitatem ꝛ imbecillitatē visualem.

Quātum ad pimū nota q̄ null⁹ est ita alien⁹ a fide dum vera specalet sequēdo naturā q̄ aperte non cognoscat se deo obligatū ꝛ immēse ingratum. Ista eīm tria in natura speculāti nota vident. Primū est q̄ vn⁹ est pnceps a quo cuncta pcedunt regunt ꝛ cōseruātur in esse. Hec cōclusio seu sentētia pcedit ex dictis Plato. ꝛ Aristo. q̄ in naturali scientia potiores habent. Scdm est q̄ suo benefactori q̄libet est obligatus fm proportionē beneficiorz datorū ꝛ receptorz. Hic non solum hoies natura docet: sed ꝛ muta tā fera q̄ domestica. Ex his duobus sequit q̄ hō summe deo obligat a quo summa recepit: ꝛ recipit etiā in vnoq̄ momento. Tertiū notū est oibus q̄ ingratitudo est magnuz pctm̄: graui⁹ tn̄ fm qualitatē dantis dati ꝛ recipientis. Hāc dilatat moralis ꝛ extra fidē Sen̄. p magnā partem libri de beneficijs. Hic apud oēs naturales siue gētiles mos fuit in qualibet terra vnū templū saltē habere cū sacerdote q̄ deū ppitiaret offensum ꝛ bn̄ficiū laudaret. His psuppositis pz q̄ homo etsi nil aliud malicie gessent: deo ꝛ ingratus: ꝛ igratū debet maxime se reputare: nisi i diuinas laudes sit semper diffusus dicens. Semp laus ei⁹ in ore meo. Vel nisi p ipso sit semp paratus se impēdere totum illud frequētans. Quid retribuam p oibus que retribuit mihi ꝛc. De q̄bus tn̄ paucissimi reperiunt: ꝛ fere nulli vt decet: ꝛ tn̄ anima habens aliquid bone volūtatis audet dicere. Osculet me ꝛc. q̄si sit digna diuino osculo cū fuerit multiplicīter adulterata: ꝛ os habeat fetidum ꝛ spurcissimum. Scdm quod quis ignorat qd̄ tn̄ per viaz nature scire pōt: est sua infirmitas ꝛ potētiarum suarum debilis valitudo aut nulla. Si eīm speculata fuerit sub cursu nature suam defectionē temporalē: qua continue tendit ad morē suā: apprehēdet infectionalem conuersionē: q: quicq̄d in suo visu capit corrūpit: ꝛ carnem suā fetidam etiā viuens linit in vermes: suā principalem operationem fm quā potius transmutat q̄ deus facit: q̄ ipsa aliq̄d producat: sicut considerari pōt in q̄libet arte: dicet pro certo suum facere esse deficere: ꝛ suū posse impotentiā nominabit. Vis o aia de te gloriari: aut te extollere de potentia vel opere tuo. Audi dicentē tibi pō. Quid gloriaris in malicia: q̄ potens es in iniquitate. Ecce tota gloria tua. Subuertisti regna: homines occidisti: igne cōsumpsisti multa q̄ deus creauerat. Sic fecerūt Nabuchodonosor. Alexāder magnus. Cyrus Cesar. Octauianus ꝛ alij. Forte libros cōposuisti: vt Aristo. ꝛ Plato. ꝛ Pli. ꝛ Aug. ꝛ Origenes. Hiero. ꝛ hmōi. et vt dicis aliq̄d fecisti: ordinasti eos partib⁹ catenasti cōnexis veritatibus replesti: adornasti floribus: sanctorz tonitrubus colligasti: vt be. Tho. Albertus. Bonauen̄. Richar. Egidi⁹ de roma ꝛ hmōi. nouitatib⁹ decorasti: q̄bus letant moderni: silua mulcētiū aures secularīū litterarū adūbrasti: ꝛ colorasti figuris: et dulci cursu sermonis: vt Lactantius. Alanus. Dares. Franciscus Petrarcha ꝛ alij. Erras si hoc dicis te fecisse. nā q̄cq̄d habēt veritatis affabilitatis vel ordinis: totū est alienū: tua cōsciētia teste. Si q̄d aūt in eis extat falsitatis vanitatis ꝛ defectus: totū illud egit ignorantia tua: presumptio tua: vtinam nō aliq̄n malicia tua. Si dicis o aia. edificia magna cōstruxi: erexi turres: ꝛ menib⁹ altis ciuitates plurimas auxi: vt Arphaxat Salomon. Diocletianus. Neroth. Sed respōdeat tibi veritas tua ꝛ dicat. Stabiles mōtes fodisti: ꝛ ex lapidib⁹ ide sublatis ruituras domo fecisti. Ecce q: defecisti et non pprie fecisti. Reuertere igitur ad cor hierlm: ꝛ scias te nō posse nisi mori: peccare: destruere: ꝛ corrūpere. Cum aūt tibi aliq̄d attribuit vel estimas ex te aliq̄d esse: cū nihil sis: ꝛ aliq̄d posse: cum sine deo nihil possis: te ignoras. Quantū ad tertiū ignorat aia suam instabilitatē ꝛ imbecillitatem visualē seu intellectualem: que tn̄ ex via nature scire pōt. Nouit vnusq̄sq̄ se labilissimā habere memoriā: intelligentiā valde mutabilē: vt cū vni cōclusioni ostense adhereat: alicm vel audita aliqua rōne in cōtrariū ad illud assentit. Volunā intellectus plus variabilē q̄ dics. xij. horarū variet per xes. Ignorat

Right-column margin notes: Hō summe deo obligat. — pō. xxxiij. — pō. cxv. — Anima ignorat suā infirmitatē. — Psal. li. — Anima ignorat suā instabilitatē ꝛ ībecillitatē visualē.

si sapiēs fuerit: vel si insipiēs: si bonus vel malus: si odio vel amore sit dign⁹: nec sibi quisq̄ vitā eternā pōt polliceri. quāti em̄ casus hūana rotāt. Sed et quāta sit intellect⁹ imbecillitas pōt q̄s videre si cōsideret ex quātis p̄missis tanq̄ causis essentialr ordinat: ad vnā⁹ ɔclusionis itellectū opz eū deuenire. Vnūquodq̄ em̄ tūc arbitramur scire: cū causas ei⁹ scim⁹: vt p̄ncipia p̄ma vsq̄ ad elemēta: vt s̄m doctrinā traditā a naturali: vix de aliq̄ ente habeat intellect⁹ cōclusionē p se notā aut demōstratiuā. Cōsideret etiā q̄ duo sil nō valet distincte actualr intelligere: sed vnū post aliud: nisi plurima sil sub vno ɔspeculet nō diuisim sz cōiūctim. Sicut multos sil angelos cogito sub isto cōi ɔceptu angelus: gabrielē et michaelē prout duo sunt intueri nō pōt se determinās ad vtrūq̄. Cōsideret tertio aīa quo magistro regat vel doceat. s. sensu corporeo: et ex h̄ fit vt q̄ caret vno sensu careat et scia illi⁹ obiecti. In eternū em̄ cecus nō sillogizabit de colorib⁹. Cū g̃ ɔsidererit hō se habere oculos vespertilionis vel noctue: quō pōt ad lympidissimi solis audere oculis irreuerberatis lucem inspicere. Disce g̃ te frequēter inuestigare: vt excludat p̄sumptio qua te ignoras multa cogitas: facis et dicis incōgrua: et ideo egredere et pasce etc. qd̄ tertio loco positum restat declarare.

f. Phys.

§.V. Quātū ad tertiū principale dicebat: q̄ dat instructio pfectiōis internalis.

Docetur aīa quō possit venire ad pfectionē internalem.

i. docet aīa quō possit venire ad pfectionē. vnūquodq̄ em̄ naturalr appetit suā pfectionē. docet aūt aīa in v̄bis que sequunt dū d̄r. Egredere et abi post vestigia gregum: et pasce hedos tuos iuxta tabernacula pastoz. In q̄bus v̄bis tres questiones sunt vidende et declarande.

¶ Et prima q̄s sit terminus deserēdus. ibi. Egredere.
¶ Scđa q̄s sit terminus requirēdus. ibi. Abi post vesti.
¶ Tertia quis sit iste locus colendus. ibi. pasce he. tu.

Anima vnde dz egredi.

ctis conuersatur in dei amore exardescit. Lampas lucem suã longius spargit. Et sic vita sanctoꝝ etiã longe posita per bona exempla lucet ⁊ illuminat. Et in medio aialium splẽdor ignis: q: scꝫ ignis spũssancti a pctõꝝ rubigine mẽtem quã replet mũdã reddit. Et de igne fulgur egrediẽs. Quia ipse spũs ex se per electos flammas amoris pijcit: vt more coruscationis: ⁊ per terrorem feriat et ad morem accendat. Et animalia ibant et reuertebanẗ in similitudinem fulgoris coruscãtis. Quod supradictũ est: ꝙ cũ ipsa animalia ibant et nõ reuertebantur: intelligitur ad vitia non recedũt que dimiserunt. quod autẽ hic dicit̃ ꝙ reuertebantur intelligit̃: quia de cõtemplatiua vita seu contẽplatiõe in qua diu fixi manere non possunt ad vitã actiuã per studiũ bone operationis reuertũtur. Ex hoc in similitudinem. Fulguris coruscantis: q: celestia loquẽtibus dũ per eos supernũ lumen intus micat: ad amorem celestis patrie audientes inflammat. Cũq; aspicerem animalia apparuit rota vna sup terrã. Rota scripturã sacrã signat q: ex omni parte ad auditorũ mentes voluit̃: ⁊ nullo erroris angulo a predicationis sue via retinet̃. Ex omni parte voluitur: q: inter aduersa ⁊ pspera recte et humiliter incedit. Circulus quippe illius preceptorũ: modo sursum: modo deorsum est: q: ipsa que perfectioribus spũaliter dicuntur infirmis iuxta litteram congruũt: et ipsa que paruuli iuxta litterã intelligunt: docti viri per spiritalẽ intelligentiã in altũ ducunt. Apparuit autẽ rota sup terrã designantem pctõres: quia legem sup corda peccantiũ deus dedit: habens quattuor facies: q̃ rota quattuor facies habere dr ex eo ꝙ scriptura sacra vtriusq; testamẽti in quattuor partes est distincta. Vetus eñi testm̃ in lege ⁊ pphetis. Nouum ṽo in euãgelijs atq; aplõꝝ actibus et dictis. Et aspectus rotarũ et opus earũ quasi visio maris: q: videlicet in sacris scripturis per rotã signatis magna sunt volumina sentẽtiarũ: cumuli sensuũ. Nec immerito mari scriptura similat̃: q: firmant̃ in ea sentẽtie locutionis sacramẽto baptismaris. Et aspectus earũ et opera quasi sit rota in medio rote. Rota intro rotã est testm̃ vet⁹. Rota ṽo in medio rote est testm̃ nouum in veteri cõprehensum. Quod eñi ibi futurũ pmittit̃ in nouo impletũ ostẽditur. Per q̃ttuor partes earũ ibant. Vadit rota predicãdo eũ quẽ promisit: ⁊ pmissum impletũ ostẽdit. Et p quattuor partes vadit: q: in quattuor mũdi partib⁹ redemptor de quo loquit̃ predicat⁹ fuit. Et non reuertebant̃. s. rote cum ambularent: q: dũ nouum testm̃ non rescinditur: dũ vet⁹ nõ carnaliter sed iam spiritualiter intellectũ tenet̃. Post se non redeunt: q: vsq; ad finẽ mundi immutabilia persistunt. Statura quoq; erat rotis et altitudo et horribilis aspectus ad terrorem gehẽne cruciatiõis. Scriptura igit̃ sacra rotam designãs staturam habꝫ in rectitudine preceptionis. Altitudinem in celsitudine superne promissiõis. Horribilem ṽo aspectum in minis supplicij sequẽtis. Et reuertens ppheta ad loquendũ de aialibus predictis dicit. Et totũ corp⁹ plenũ oculis in circũitu ipsarũ quattuor quia videlꝫ sanctorũ actio ab omni parte circũspecta est bona desiderabiliter prouidens et mala solicite cauens. Et ibi notatur quõ vitia sub specie ṽtutum suggeruntur. Cũq; aialia ambularent ambulabãt pariter ⁊ rote iuxta ea. Et cum eleuarentur aialia de terra: eleuabant̃ simul ⁊ rote. Ambulabãt aialia cũ scti viri in scriptura intelligunt quẽadmodũ moraliter viuant. Eleuãtur ṽo a terra cũ se in contẽplatione suspendũt. Et q: vnusquisq; quanto in scriptura sacra pficit: tanto et eadẽ scriptura pficit apud ipsum. Ideo dicit̃ ꝙ rote ambulabant vel eleuabant̃ cũ animalib⁹. Quocũq; ibat spũs et rote pariter eleuabant̃ sequẽtes eũ. Quo eñi spũs legentis tendit: illuc ⁊ diuina eloquia eleuãtur. Legentis eñi spũs si q̃d in eis scire moralẽ aut historicum querit: sensus hunc moralis historie sequitur. Si q̃d typicum mox figurata locutio cognoscit̃. Si quid contẽplatiuũ statim rote quasi pẽnas accipiunt. Cum euntibus ibãt: et cũ stantibus stabãt: et cũ eleuatis a terra pariter eleuabant̃. Vadunt cũ euntib⁹: q: eos qui se ad vtilitatẽ proximi extendunt: sacra eloquia dictorum suoꝝ passus in ei⁹ itinere disponũt. Stant rote cũ stantibus aialib⁹: q: eos q̃ fortes sunt in fide: vt aduersis euntibus resistãt: et ꝯdicentes reuincãt: rectitudinẽ suã sacra eloq̃a cõfirmãt. Cũ eleuatis eleuant̃: q: inquãtũ q̃sq; ad alta cõtemplationis et pfectionis pfecerit: tantũ ei sacra eloquia de altiorib⁹ loquunt̃. Spũs vite erat in rotis: q: scꝫ dilectionẽ dei et pximi capim⁹ in eloquijs diuinis q̃ vita est aie. Et similitudo sup capita aialiũ firmamẽti: quasi aspectus crystalli horribilis. Noie firmamenti põt intelligi angelica natura q̃ creata est cũ libero arbitrio flexibili ad bonũ ⁊ malũ. Quibusdã autẽ ex eis labentib⁹ alij confirmati sunt: ita vt iã fluere nõ possint: et ideo signant̃ cõgrue p crystallũ qḋ ex aqua fluxibili fit: sed ita obduratur vt liquefieri nõ possit. Horribilis dr iste crystallus: q: nob pauẽde sunt angelice ptãtes. et sup capita aialiũ extentũ dicit̃: q: supra intellectũ nostrũ sunt pfectio et gloria eoꝝ. Sub firmamẽto autẽ pẽne eoꝝ recte alterius ad alterũ. Tũc penne aialiũ recte sunt alterius ad alterũ: qñ bonum quod q̃s habet pximo studet cõicare substantiã videlꝫ tẽporalẽ vel doctrinã et hmõi. Et audiebãt sonum alarum quasi sonũ aquarũ multarũ: quia scꝫ ille virtutum sonus qui in aures dei prius ex paucis sanctis incarnato dño factus est: postea diffusa predicatiõe de xp̃o per orbẽ ex aq̃s multis. i. ex populis innumeris cõuersus multiplicat⁹ est. quasi sonum sublimis dei: quia videlicꝫ ipse deus implet mentes sanctoꝝ et cordibus eorũ amorẽ infundit. ipse ex amãtibus cordibus suscipit precem. Vel q: laudẽ dei quã prius pauci sancti postea multi conuersi in mũdo p̃dicauerũt. Demũ in celo vniti cũ capite suo xp̃o sine fine plene laudabũt. Et cũ ambularẽt quasi son⁹ erat multitudinis: vt sonitus castroꝝ. Aialia ambulant cũ sancti predicando: et ad fidẽ trahẽdo discurrũt. Et q: quos cõuertũt in laudẽ cõditoris simul exurgũt: fit quasi sonus multitudinis. Et q: in p̃dicatione eadẽ bellũ cõtra demones conuersi assumũt: ideo dicitur q̃si sonitus castroꝝ. Castra eñi multitudines exercitus dicunt̃. Et cũ fieret vox sup firmamentũ qḋ erat sup capita eoꝝ: stabãt et submittebãt alas suas. Quia videlꝫ sanctorum mẽtes cũ creatoris sui potentiã intenta cõtemplatiõe cõsiderant: vilescũt eoꝝ aio ṽtutes quas habẽt. Et hoc est submittere alas q̃ virtutes signãt. Vel etiã cũ cõsiderãt iudicia dei: que consideratio vox dicit̃ sup firmamentũ: timent ⁊ se humiliant quantũcunq; sancti sint. Et sup firmamentũ imminẽs capiti eorũ quasi aspect⁹ lapidis sapphyri similitudo throni. Thronus designat angelos supmos: sicut firmamentũ inferiores. Sapphyrus q̃ habet colorẽ aereũ et significat dignitatem et pfectionẽ maiorẽ superioꝝ angeloꝝ. Et sup thronũ quasi aspectus hois desuper: quia videlꝫ sup angelos etiã supremos eleuat⁹ est homo Jesus xp̃us deus noster. Et vidi quasi speciẽ electri. s. illũ hoiem sup thronũ: q: videlicet vtraq; natura diuina ⁊ humana in xp̃o est. vt. s. ex positũ est de electro. Velut aspectus ignis intrinsec⁹ per circũitum eius a lũbis et desup. Et a lũbis vsq; deorsum quasi speciẽ ignis splendentis in circũitu: q: scꝫ ante incarnationẽ q̃ in lũbis designat̃ vnigeniti dei sola iudea intra se ardorẽ amoris eius habuit. Sed post icarnationẽ eius ignis resplẽduit: q: vniuerso mũdo gẽtib⁹ claritatẽ spũs sancti effudit. Vel etiã angelos ad amorẽ suũ per diuinitatẽ tenuit: et hoies ad sancti ardoris sui desideriũ ex humanitate reuocauit. Hec oia Grego.

§ XX. Quantũ ad tertium

De visione dei clara et essentiali.

principale qḋ notat̃ in autoritate apli. dico ꝙ demonstrat̃ speculatio seu visio clara et essentialis. Vñ dicit. Tũc autem facie ad faciẽ. s. videbimus deũ in alia vita. Vbi sciendum sm̃ Tho. super eplãs Pauli. j. ad Coꝝ. xiij. super hoc

verbo: ꝙ deus ſm ꝙ deus non hꝫ faciē. Et ideo cū dicit facie ad faciē metaphorica locutio eſt. Dicimur em̄ tūc videre aliquē ſm faciē cū videm⁹ pſonā ſicuti eſt: h aūt vult dicere aplꝯ cū ait. Uidebim⁹ in patria facie. i. videbimus dei eſſentiā. j. Jo. iij. Uidebim⁹ eū ſicuti eſt. Hmōi autē viſio in corpe mortali hri nō pōt. Un̄ Moyſi hoc poſtulāti dicit dn̄s. Uidebis poſteriora mea: faciē aūt meā videre nō poteris. Exo. xxxiij. Uidere pſonā ex pte dorſi ē videre ipam impfecte: puta ꝙ ſit nature rōnalis: ꝙ ſit vn⁹ viuēs magnus ⁊ hmōi. Sed qs vel q̄lis ſit: cognoſci nō pōt niſi videndo faciē. Sic deus videri pōt hic q̄ſi ex pte poſteriori: q: cognoſcere poſſum⁹ rōne vel fide deū vnū eſſe rōnabilē viuētē ⁊ immēſum: ſed nō ſicuti eſt in eſſentia ſua. Et ſi moyſes pure aliq̄n vidit diuinā eſſentiā in corpe cōſtitutus: fuit viſio illa q̄ſi momētanea p modū paſſionis trāſeūtis: ⁊ nō duratiua p modū habit⁹ pmanētis: ſicut eſt viſio facialis prie. Nec obſtat huic ſnie qđ dicit iacob Gen. xxxij. Uidi dn̄m facie ad faciē. Nō em̄ ꝓprie loquendo fuit illa viſio iacob facialis: ſicut eſt viſio patrie: ſed fuit viſio imaginaria in q̄ ſunt diuerſi gradus. Altior. ſ. videre illđ qđ apparet in ipa imagine in q̄ apparet. Et alius gradus infimus. ſ. audire tm̄ verba. Ut ḡ Jacob inſinuaret excellentiā viſionis imaginarie ſibi oſtēſe dixit. Uidi dominū facie. Non ḡ vidit deū per eſſentiā ſm beatū Tho. vbi. ſ.

Senſibile tripl'r pōt conſiderari. Notādū eſt aūt ſm ipm beatum Tho. ꝙ ſenſibile aliqđ poteſt tripl'r cōſiderari. Primo p ſui pſentiam: ſicut ipſa lux q̄ eſt preſens oculo. Scđo p preſentiā ſue ſilitudinis in ſenſum immediate deriuatā: ſicut albedo que eſt in pariete videt̄ nō exiſtēte ipa p̄ſentialr̄ in oculo: ſed ei⁹ ſilitudine: lꝫ ipſa ſilitudo nō videat̄ ab eo. Tertio p p̄ſentiam ſilitudinis nō immediate deriuate ab ipa re: ſed deriuate a ſilitudine rei: ſicut cū videt̄ aliq̄s homo p ſpeculū. Non em̄ ſilitudo homis immediate eſt in oculo: ſed ſimilitudo hoīs reſultata. Loquēdo igit̄ p hūc modū de viſione dei dicendū ꝙ naturali cognitiōe ſolus deus videt ſeipm: q: in deo idē eſt eſſentia ſua ⁊ ſuus itellect⁹. et ideo eſſentia ſua eſt preſens ſuo intellectui. Nec aliqua creatura etiā glorificata pōt eo modo deū videre ſicut ipe videt ſeipm: q: hoc eſſet ſimpl'r infinitū a finito cōprehēdi: qđ non pōt eſſe. Un̄ Hiere. xxxij. dr̄ de eo. Magn⁹ cōſilio ⁊ incōprehenſibilis cogitatu. et ſic intelligit̄ illud Matth. xi. qđ dixit. Nemo nouit filiū niſi pater: neq̄ prēm q̄s nouit niſi fili⁹: ſcꝫ noticia plene cōprehēſionis. Nec p dictionē exceptiuā niſi excludit̄ ſpūſſctūs: cui⁹ cū patre ⁊ filio eſt vna pleniſſima cognitio. Et qđ ſequit̄ in illa auctē xpi. Et cui voluerit filius reuelare. Intelligendū eſt filium reuelare alicui patrē non noticia comprehēſionis: ſicut nouit ipſe filius patrē: ſed noticia apphēnſionis ſicut cognoſcit̄ a ſanctis.

Scđo modo put ſcꝫ p preſentiā ſilitudinis rei in ſenſum immediate deriuatā videtur aliquid ſenſibile: ſicut albedo in pariete videt̄ ipa nō aſſiſtēte preſentialiter in oculo: ſed in ſimilitudine. Sic forte angeli naturali cognitione deū vident: ⁊ hec viſio fuit in angelis malis ante lapſum. Sed maiori lumine ſupaddito. ſ. lumine glorie angeli cōfirmati vident deū facie ad faciē. i. clariſſime ſuā eſſentiā. Unde ſaluator. Matth. xviij. inquit. Angeli eorū in celis ſemp vident faciem patris. Et ſil'r ſancti lumine glorie eis cōicato faciem dei vidēt. qđ ardēter poſtulabat pš. xli. di. Quādo veniā ⁊ apparebo ante faciē dei. Et de ipſo lumine glorie ait idē pš. xxxv. In lumine tuo videbim⁹ lumen.

De natura luminis glorie. Qđ lumen quidā dixerūt eſſe quādā ſimilitudinē de deo creatā. Sed hoc eſſe oīno falſum ⁊ impoſſibile ꝓbat btūs Tho. vbi. ſ. tribus rōnibus. Et pima eſt: quia nunq̄ poteſt aliquid cognoſci p eſſentiā ſi cognoſcat̄ p ſimilitudinem: que nō cōueniat cū ipſa re in ſpecie. Lapis em̄ non poteſt cognoſci ſm illud qđ eſt niſi p ſpēm lapidis que eſt in aīa. Nulla em̄ ſilitudo ducit in cognitionē eſſentie alicui⁹ rei: ſi differat a re illa ſm ſpēm: ⁊ multo min⁹ ſi differat ſm genus. Non em̄ per ſpēm equi vel albedinis poteſt cognoſci eſſentia hoīs: ⁊ multo minus eſſentia angeli. Multo igitur min⁹ p aliquā ſpēm creatā quecūq̄ ſit illa pōt videri diuina eſſentia: cū ab eſſentia diuina plus diſtet q̄cūq̄ ſpecies creata i aīa q̄ ſpēs equi vel albedinis ab eſſentia angeli. Un̄ ponere ꝙ deus videat̄ ſolū per ſilitudinē ſeu p quādā refulgētiā claritatꝭ ſue: eſt ponere diuinā eſſentiā nō videri. Scđa rō ē: q: cū aīa ſit quedā ſilitudo dei: viſio illa magis eſſet ſpecularꝭ ⁊ enigmatica que eſt in via q̄ viſio clara ⁊ aperta: q̄ ꝓmittit̄ ſanctis in gloria: ⁊ in qua erit beatitudo nr̄a. Unde dicit Aug. hic in glo. ꝙ viſio dei que eſt p ſilitudinē ptinet ad viſionē ſpeculi ⁊ enigmatis. Anima ē q̄dā ſimilitudo dei. Tertia rō eſt: q: ſequeret̄ ꝙ beatitudo hoīs vltima eſſet i alio q̄ i ipo deo: qđ eſt alienū a fide. Sequeret̄ etiā ꝙ naturale deſideriū hoīs: qđ eſt pueniēdi ad pimā rerum cauſam ⁊ cognoſcēdi ipam p ſeipam eſſet inane. Uidet̄ ergo diuina eſſentia per ſeipam in patria: ⁊ nō p ſimilitudinē creatā. j. Co. xiij. Et hoc eſt qđ dicit aplꝯ paulo inferius. Tunc cognoſcam ſicut ⁊ cognitus ſum. i. ſicut deus cognoſcit eſſentiā meā: ita deū cognoſcā p eſſentiā ſuā. Nō tm̄ ly ſicut importat eq̄litatē: ſed ſimilitudinē. Sic ergo in lumine glorie: quod tm̄ eſt quid creatū: eleuatus intellectus videbit lumen diuine eſſentie. Ad qđ intelligendū ſume exemplū in lumine corporali. Oculus enim noſter nō eſt tante potentie ꝙ poſſit fixe reſpicere in ſolem: ⁊ quāto plus appropinquaret ad eū: tanto ineptior redderet̄ ad vidēdū ipſum. Ita oculus intellectus humani eſt ita debilis ex parte ſui: ꝙ i tam excellenti luce diuine eſſentie figi nō poteſt: niſi confortet̄ ⁊ fortificet̄ p virtutē diuinā. Et iſta virtus fortificās ⁊ cōfortās dr̄ lumē glorie. Ideo dr̄. In lumine tuo ⁊c. Nullum em̄ lumen aliud lumē demonſtrat q̄ ſe. neq̄ enim lumen ſolis adiuuat: vt videatur luna aut ſtelle. Un̄ ſi q̄n luna ē. xv. aere ſereno: de nocte multo clarior apparet q̄ cū oritur ſol. Et ſi q̄s accēderet mille torticia de die non propter hoc meli⁹ videret ſolē. Sic ad ꝓpoſitū lux diuina eterna ⁊ infinita per aliā lucē non videt̄ q̄ per ſeipam: que lumē glorie efficitur q̄n intellectui creato cōicatur: ita ꝙ lux intellectiua vnita eſt cum diuina: ⁊ videt p ꝟtutē diuinā nō per lucē ſuā ꝓpriā. Unde hereticus eſſet qui diceret ꝙ itellect⁹ btūs videt deū ſine lumine glorie: q: hoc eſſet dicere ꝙ itellectus human⁹ videt deū ꝟtute propria: quod falſum eſt. Proſequat̄ de exēplo lucis. Mediante ipſa luce tu vides terram lapides: arbores: aīalia: ⁊ multa alia: ⁊ cū ipa eadē luce vides ſolē. Qđ cōſidera vbi ſit iſta lux ſolis mediante qua tu vides ſolē et alia: certe non eſt lux in oculo tuo: ſꝫ ſuper te viſa. Et ideo te ſtante in loco obſcuro vides rē in loco luminoſo: ſiue rem luminoſam. Et nocte obſcura vides ſtellam ⁊ domū aliquā que ſit ad aliqđ lumen poſita: q̄uis lumē ſuum non reddat claritatē vſq̄ ad lumen tuū. Et ſic vides mediante duplici luce: vna eſt tui qui es in loco tenebroſo: ſed oculū habes ab intra luminoſum: cuius lux extra nō extenditur. Scđa eſt illa lux que eſt diffuſa ⁊ reuerberata ſup illā rem quam tu vides. Quecūq̄ harū duarū deficeret nō videres. Neq̄ p lucē oculi tui ſolā: nec ſolū p extraneā ſi tua propria deficeret. Si aūt vis reſpicere mediāte iſta duplici luce ſine alio medio ſolē in ſphera ſua: certe hoc nō vales: ſed poti⁹ excecareris. Et rō hui⁹ eſt: q: lux ſolis reuerberat in tua luce propria. Et eſt tanta diſtātia inter tuā ⁊ ſuā: ꝙ tua refugit ipſam: ⁊ ſuſtinere nō poteſt ꝓpter excellentiā claritatis. Un̄ quātūcūq̄ coneris nō potes oculū fixe tenere apertū ad ſpherā ſolis. Et autē volantē inter oculū tuū: ⁊ ſpherā ſolis etiā videre nō vales. Sꝫ ſi lux ſolis poſſit vniri cū tua luce ſuſpēdendo defectum ⁊ debilitatem ipius tue lucis: que ſuſpēſio ſequeret̄ ex vnione facta: tūc reſpiceres ſolē ipm in ſphera ſua cū delectatiōe ⁊ ſuauitate ſine reuerberatione oculorū. Nūc ad ꝓpoſitū ſciēdū ꝙ due luces ſunt neceſſarie ad videndū deū ſimul vnite ꝟtute fortioris lucis: videlꝫ lux humani intellectus: et illa eſt debilis: ⁊ lux diuina; ⁊ illa eſt fortiſſima. Sic lux naturalis humana ſcꝫ

intellectus si cōsiderat̄ sola nihil cognoscit certitudinalr̄
sicut q̄ in tenebris est ⁊ nihil videt quia in alia luce possit
opinari aliq̄d: sed nō pfecte scire: sicut existēs aliquis clau
sus in camera obscura potest diuinare palpādo: audiēdo
gustando: vel odorando: aliquid qd̄ est intra camerā. Sȝ
dubitare hȝ se decipi quousq̄ oculus illud videat virtute
lucis aberit veniētis. Et ideo aie dānatorum errāt in cognitio
ne dei reputādo ipm̄ iniustū ⁊ crudelē: q: nō hn̄t aliā lucē
q̄ ppriā fm̄ sensum cū illa iudicādo: diuinādo: ⁊ opinan-
do. Et ipe aie dānate diuina luce. s. naturalr̄ infusa: vidēt
omnes alias aias ⁊ gl̄iam beatorum ad ipar̄ū afflictionē: et
aliqn̄ statū animarū viatorū ad suā ɔfusionē: ⁊ penas ani
marū dānatorū ad eorū tribulationē: sicut ptȝ in parabo-
la diuitis epulonis ⁊ Lazari. Luc. xvi. ca. Quia igit̄ lumē
glorie precexigit in intellectu hūano lumē gratie vt supue
niat ei: quia in aiabus dānatorū nō repit̄ ipm̄ lumē grē: iō
non sunt susceptibiles luminis glie: ⁊ ideo deū videre nō
possunt nec gl̄iam suam. Sed aie beatorū habēt proprias
lucē: gr̄a informatā: in qua diuina lux illustrādo secū vnit̄
non pmittēdo infirmari aut exterreri: sicut fuerūt exteri-
ri oculi exteriores ⁊ interiores Petri Jacobi ⁊ Johannis
in transfiguratiōe dei: quia adhuc erant mortales. Facta
ergo illa vnione per lumē glorie: videt intellect⁹ creat⁹ in
ɥtute intellect⁹ increati. Et sic lux naturalis que erat gra-
tiosa supra se eleuata a gloriosa: q̄ nō est aliud q̄ verbum
diuinū eternū: tanq̄ solaris radi⁹ a p̄re pcedens videt in
mē glorie gloriosū deū ⁊ oēm creaturā sup quā talis lux
spargit̄. Et q: ille lux totū videt: nihil ei abscōsū est: ideo
q̄libet sctūs videt oēm creaturā vbicunq̄ sit. Sicut ocul⁹
humanus si esset in sole vnitus cū suo radio claro: certe vi
deret vbicūq̄ sol attingeret ⁊ irradiaret ex se: ⁊ in sole vi-
deret plus ⁊ minus fm̄ q̄ illa vnitas esset perfecta. Et q:
aia xp̄i pfectissime fuit vnita cū verbo eterno ⁊ ē: ideo pfe
ctissime videt ɥbū: ⁊ oia q̄ sunt in ɥbo. Alie aūt aie plus ⁊
min⁹ vidēt fm̄ q̄ sunt pl⁹ vel min⁹ vnite fm̄ pfectionē cha
ritat̄: q̄ est causa huius vnionis ⁊ visionis facialis. Et sic
Lumen glie non est creatura — habes q̄ lumē glorie non est creatura: sȝ aliqua de per se
repn̄tans creatorem: sȝ est ipe creator: lumē glorie sue vnit⁹
intellectui humano. ⁊ sic in lumine tuo. s. verbo diuino vi-
debimus lumē. Unde et Johes in apoc. circa finem dicit:
q̄ in illa ciuitate supna nō vidit solē: nec lumē lucerne ibi
est: sed agnus. s. ɥbū eternū illuminat illam. Ad hoc etiā
mat. xiij. — facit qd̄ dixit xp̄s. Justi fulgebunt sicut sol in regno p̄ris
mei. i. lux ɥbi: qd̄ verbum est sol vite eterne. Et lux cuiusli
bet beati erit quid vnū p vnionē nō p cōuersionē. Nō em̄
cōuertet̄ lux ɥbi: sicut nec natura sua que idē est in natura
aie beate vl̄ glorie eius. Sed sicut in mysterio incarnatio
nis salua vniuscuiusq̄ proprietate nature vnita sunt diui-
nitas ⁊ humanitas: diuinitate permanēte impassibili: hu
manitate subiecta mortalitati: deus ⁊ homo vniti sunt in
vnitate psone. Ita lux increata cū luce aie vnita erūt vnū
nō quidē vnitate psone: sed vnitate charitatis et amicitie
pfectissime: remanēte tn̄ deitate in sua ɥtute ⁊ glorie infi-
nita: ⁊ aia beata cum sua ɥtute ⁊ gloria finita. Unde dn̄s
Jesus in oratione ad p̄rem facta post vltimā cenam inquit.
Non p eis rogo tm̄: sȝ ⁊ p eis qui credituri sunt p verbum
eorum in me: vt oēs vnū sint: sicut tu p̄r in me: ⁊ ego in te: vt
⁊ ipi in nobis vnū sint. Jtē ⁊ ego claritatē quaȝ tu dedisti
mihi dedi eis: vt sint vnum: sicut ⁊ nos vnuȝ sumus. Ego
in eis ⁊ tu i me vt sint cōsummati in vnum. Et paulopost.
Pater qs dedisti mihi volo vt vbi sum ego: ⁊ illi sint me-
cū: vt videāt claritatē quā dedisti mihi. Joh. xvij. Tunc. s.
in p̄ria videbim⁹ facie ad faciē. Ut dicit deuot⁹ Bern. Fe-
lix aia que terreno resoluta carcere libera celū petit. Que
dulcissimū dn̄m facie ad faciē cernit: vbi ver⁹ sol iusticie mi
ra sue pulchritudinis visiōe oēs recipit. Et illa vniuersos
celestis patrie ciues illuminat: vt luceāt ipsi lumine: vide-
Hester xv. — licȝ illuminātē vltra oēm solis nostri splēdorē immortali
adherentes deitati. Et in hui⁹ figurā dixit regina Hester

vro: Asueri maximi regis: q̄ interp̄tatur beatitudo signi
ficās aiam summi regis regū Jesu xp̄i q̄ est vera beatitu-
do de ipo loquens. Ualde mirabilis es dn̄e: et facies tua
plena est gratiarū. Et. iij. Reg. x. in figuraȝ dr̄: q̄ vniuersa
terra desiderabat videre vultū salomonis. Quantū ad
tertiū modū videndi sensibilia. s. per presentiā similitudi-
nis nō immediate deriuate ab ipsa re: sed deriuate a simi
litudine rei: sicut videtur homo per speculuȝ. Sic isto mō
videmus seu cognoscamus deū cognitione naturali in vi
ta ista: ⁊ sic exponit̄. Uidemus nunc. s. per naturaleȝ rōnē
nostrā. Et si addat̄ lumini naturali fidei lumeȝ qd̄ est sup-
naturale: adhuc plenius videm⁹ deū in vita p̄senti. Sed
tale lumen fidei si nō sit charitate formatū: nō sufficit ad
conducendū lumen glorie. Inter deū em̄ et animā est in-
finita distantia perfectionis virtualis. Deus em̄ infinit⁹ ē
et quelibet eius virtus infinita. Anima autē sicut ⁊ queli-
bet creatura est finita et potentie finite. Cū igit̄ finitū nō
possit comprehendere infinitum: non poterit anima deuȝ
comprehendere: nisi efficiat̄ vnum cum eo: ⁊ sic quodam-
modo efficiet̄ infinita. hoc autem charitas operatur: quia
qui manet in charitate in deo manet ⁊ deus in eo. s. Joh.
iiij. c. et. i. Cor. vi. Qui adheret deo sȝ p dilectionem vn⁹
spūs est cū eo: nō quidem substantialiter: sed affectualr̄.
Habet em̄ amor fm̄ Dion. vim vnitiuā et calori assimilat̄
qui diuersa vnit: ⁊ cibū in assumentē cōuertit. Sume exē-
plum in agno vel alio cibo qui a nobis comederetur. Cer
tum est em̄ q̄ agnus cū multis gradibus perfectionis na
turalis sit inferior hoie nunq̄ vnū effici posset cum homi
ne nisi p vnū modū: sȝ p calorē naturalē hois ipm̄ agnuȝ
in cibū sumptū digerētis: ⁊ in substantiā sui cōuertētis: et
sic agnus quodāmodo efficiat̄ homo. Sed si homo come-
deret venenū vel rem venenatam nō posset illud conuer
tere in se. Et rō huius est: q: illud sumptum extinguit calo
rē naturalē quo fit digestio ⁊ cōuersio. Sicut etiā si come-
deret lapidē vel ferrū nō cōuerteret̄ in se ppter sui duriciā
⁊ frigiditatē. Illi em̄ cibi dicunt̄ esse pportionati huma
ne nature qui pticipāt cum calore: ⁊ sunt sine resistētia de — Hō quomō pōt
facili cōuertibiles in substātiā suā. Sic ad ppositū dicen- — conuerti
dum. Si homo vult cōuerti in deū ⁊ effici deus sȝ p par- — in deum
ticipationē: opȝ q̄ comedat̄ ab eo. i. incorporet̄ seu vniat̄
per calorē sue infinite charitatis. Sed deus ipse nō come
dit cibū. i. nō vnit secū in gloria eū qui calorem charitatis
hic nō habuerit feruēter. Nam ⁊ de quibusdā tepidis dicit
ipe p Job. Apoc. iij. Quia tepidus es incipiā te euomere
de ore meo. Tepidus est q̄ fidem habet sine operibus: et
absq̄ calore charitatis efficaciter manet. Et ideo apl̄s fa
ciens cōparationē inter ɥtutes: cōcludit q̄ maior horum est
charitas. Uerū q: nihil potest amari nisi sit cognitū: ideo
ad amorē charitat̄ exigit̄ primo cognitio rei: que ad suffi
cientiā haberi nō potest nisi p fidem. Et ne hō deficiat vel
oberret a fine vltimo iā cognito exigit̄ spes per quā rēdat
in illuȝ finē. Un̄ ⁊ de his trib⁹ tanq̄ necessarijs dr̄ Eccl. ij.
Qui timetis dn̄m credite illi. s. per fidem: et nō euacuabi-
tur merces vr̄a. et sequit̄ imediate. Qui timetis dn̄m spe
rate in illum et in oblectationem veniet vobis misericor-
dia. ⁊ exinde sequit̄. Qui timetis dn̄m diligite illuȝ ⁊ illu-
minabunt̄ corda vestra. Et talis cognitio. s. habita ex lu-
mine grē ⁊ charitat̄: posset etiā dici: lȝ non ita pprie visio
facialis respectu. s. eius que solū est p fidē vel rōneȝ natu-
ralem. Unde ps̄. xxx. de electis ait. Abscōdes eos sȝ a tur
binibus mundi ⁊ occupationibus eius: in abscondito fa-
ciei tue. i. in facie: videlȝ cognitionis gratiose a te eis col-
late ⁊ reprobis abscondite ⁊ ignorate.

¶ De intellectu practico quō dȝ exerceri. Cap. vij.

DEbet quoqȝ aia ocu-
lo suo sinistro. i. intellectu practico vti ɥtualis-
ter. sȝ ad bn̄ operandū. Intellect⁹ em̄ bon⁹ ait
ps̄. q: oib⁹ facientib⁹ eū. i. bonū intellectus in illis est. qui

nõ solũ querũt intelligere vt sciãt: sʒ etiã vt faciant facien
tes bonũ qð intelligũt. Scięti em̃ bonũ facere ⁊ nõ facię
ti pctm̃ est illi. inquit Jacob⁹ in canonica sua. c. iiij. Vñ et
ps. cxxij. idẽ ps̃. Sicut oculi seruorũ in ma. do. suar. s. sunt: ita oculi
nři ad dñm deũ nřm. Oculi seruorũ dicunť esse in manib⁹
dñoꝝ suorũ. s. ad videndũ si aliq̃d in manib⁹ hñt ad confe
rendũ: vel si aliq̃d habent ad puniendũ: vel si aliq̃d hñt
ad exercendũ: vt illud operenť. Et ita oculi electorũ sunt
directi ad dñm ad cõsiderandũ largita ⁊ dãda beneficia
illata ⁊ cõferenda supplicia: ⁊ iusta agẽda exercitia: vt cõ
siderẽt q̃ dñs vult eos agere: sicut seru⁹ ɔsiderat opa que
vult dñs su⁹ eũ exercere. Et sic ocl̃i seruoꝝ sunt in manib⁹
dñoꝝ. i. in opib⁹ q̃ volũt dñi ab eis. Et q: multa sunt q̃ a no
bis inspiciẽda ⁊ cõsiderãda sunt ad agendũ. iõ Jobes in
apoc. iiij. c. refert ꝙ aialia q̃ ipse vidit in circũitu dñice se
dis designãtia fm Grego. doct electos erant plena oculis.
Opʒ em̃ oclos hr̃e spũales intus ⁊ extra. inferi⁹ et supra.
retro ⁊ antea. in dextera pte ⁊ sinistra. ad valendum bene
inspicere que nobis sunt cõgruẽtia. Unde ⁊ xp̃s dixit cui
dã ab eo illuminato. Respice Luc. xviij. Et primo

¶ Respice intus in cõsciẽtia: vt reconsicetur.
¶ Respice extra circa creata: vt recõpensentur.
¶ Respice supra ad celestia: vt adiuuetur.
¶ Respice infra ad supplicia: vt ad ea nõ intreť.
¶ Respice retro ad cõmissa: vt remoueãtur.
¶ Respice ante ad pericula: vt caueantur.
¶ Respice ad dexterã sctõꝝ exẽpla: vt silia agãtur.
¶ Respice in sinistra prauoꝝ gesta: vt tua cõfundanť.

§. I. Quantum ad primuʒ

dicit saluator Lu. xj. Vide ne lumẽ quod in te est tenebre
Respiciẽ sint. i. ne sis tenebrosus in consideratiõe eorũ que intra te
enda est sint. Quãuis em̃ ocul⁹ corporalis: etsi alia videat: seipm̃
cõsciẽtia vt videre non possit: oculus tn̄ spũalis aie ⁊ se et alia videre
reconficeť potest. q̃nimo vt dicit Hug. de sctõ vict. Oculus tu⁹. s. aie
tur. nihil bene videt si seipm̃ nõ videt. Et querenti cuidã gen
tili ab apolline quid sibi esset agendũ ad beatitudinẽ con
sequendam. Respõsum est: nosce teipm̃. Ad qð facit illud
Job. v. Visitãs spẽm tuã nõ peccabis. i. cõsiderãs teipm̃.
Hinc ⁊ deuot⁹ Ber. ad Eugeniũ pa. in. ij. li. de ɔsideratio
ne inq̃t. A te primũ inchoet cõsideratio tua. Non solũ aũt
a te: sed ⁊ in te finiať. Quocũq; euageť ad te reuoceť cũ
salutis fructu. Vñ ⁊ Eccl̃s. ij. diciť. oculi sapientis in capi
te eius. Oculi quidem corpales ita sunt in capite stulti: si
cut in capite sapiẽtis. Sed oculi spũales. s. consideratiõis
solum sunt in capite sapientis. i. virtuosi: non stulti. i. pecca
toris. In capite videlʒ in parte superiori aie: vt fm rõneʒ
opereť. Hec aũt consideratio sui fm Ber. vbi. s. in tria di
uidiť: vt scʒ respicias q̃d sis i natura: q̃s i psona: qualis in
moribus seu vita. Respice ergo primo q̃d sis in natura ⁊
Job. xiiij cõsiderãs occurret tibi illud beati Job dicentis. Hõ nat⁹
de muliere breui viuens tpe: repleť multis miserijs ⁊c̃. et
nunq̃ in eodẽ statu pmanet. Respice igiť quia nat⁹ es de
muliere nudus. s. ⁊ paup. miser et miserabilis: erubescens
ꝙ sis nudus: plorãs ꝙ nat⁹ sis. Murmurãs ꝙ sis nat⁹ ad
laborẽ: nõ ad honorẽ. Natus de muliere: et ob h̃ cũ reatu.
Primã vocẽ quaʒ emittis fletus est: q̃si et hoc pphetans
fm Aug. de ciui. dei. te in valle lachrymarum ingressum.
Breui viuẽs tpe. ⁊ ideo semp cũ metu. Et ipsa q̃; breuitas
incerta est. Repletur multis miserijs Et vere multis: quia
corpis ⁊ aie simul. Cuncti em̃ dies eius doloribus et erũ
nis pleni sunt. vt dr̃ Eccl̃s. ij. Quid em̃ calamitate vacat
nascente in pctõ ⁊ fragili corpe: mẽte sterili: repleť⁹ in cor
pore penalitatib⁹. infirmitatib⁹: necessitatib⁹ innumeris.
In aia vero repleť⁹ ignorãtia. cõcupiscẽtia. malicia. Demuʒ
nunq̃ in eodẽ statu pmanet. Alterat⁹ etate substantia. ho
nore moxib⁹. affectu. ⁊ nunq̃ q̃escere valẽs. Respiciendo
igiť quid in natura es: ad magnã humiliationẽ te iducet
consideratio hec. Verũ ⁊ rõnalitas que ad q̃dditatẽ ho
minis ptinet respecta te subleuabit a deiectione tante hu
miliationis. Respice scdo quis sis in psona. i. cuius ɔdi
tionis: si videlʒ laicus: clericus: religiosus: vel platus. Nã
si laic⁹ vt dicit Hiero. xij. q. j. c. duo sunt. Licet his tẽporalia
possidere. Sed nõ nisi ad vsum. i. non ad abusuʒ: nihil em̃
miseri⁹ ẽ q̃ ppter minimũ deũ cõtẽnere. His concessuʒ est
vxorẽ ducere: terrã colere: inter virũ ⁊ virũ iudicare: cau
sas agere: oblatiões sup altaria apponere: decimas red
dere. Et ita saluari poterũt si vitia in bñfaciendo euitaue
rint. Respice q̃ si in tali statu es ꝙ cõscia tua fm hec rectis
ficeť. Quo si cleric⁹ es interptare nomẽ tuũ: vt concris eẽ qð
diceris. Cleros em̃ grece. latine sors interptať: quia. s. ipe
clericus est ps dñi: ⁊ dñm suã partẽ hʒ. Ut aũt dicit Amb.
de fuga seculi. Cui portio deus: nihil curare dʒ nisi deum:
ne alteri⁹ ipediať necessitatis munere. i. solicitudinis oc
cupatione: qð em̃ ad alia officia cõferť: hoc religionis cul
tui atq; huic nřo officio decerpiť. Hec em̃ vera est sacerdotij
fuga abdicatio domesticorũ: ⁊ q̃dã alienatio charissimoꝝ
vt suis se abneget q̃ deo seruire elegerit. xij. q. j. cui portio.
Illud q̃; eos obseruare opʒ qð ait aplˢ. Ab oĩ specie mala j. Thes. v
abstinete vos. eť de vi. ⁊ ho. cle. cum ab omni. ⁊ precipue a
familiaritate mulierum. vt. lxxxj. dist. clericus. ⁊. c. seq. Si
auteʒ religiosus es: ⁊ sic religat⁹. i. bis ligat⁹ ligamine pre
ceptoꝝ in baptismi acceptione: ⁊ ligamine obseruationis
cõsiliorũ in solẽni pfessione. Respice qð ait Aug. di. xlvij. Religio
quãtũlibet. Sicut difficile sum expertus meliores q̃ q̃ i mo si an op
nasterijs profecerũt ita non suʒ deteriores expertus q̃ qui timi an
in monasterijs defecerũt. His igiť dedιtis cõteplationi et pessimi.
orõni ab oĩ strepitu tpaliũ cessare cõuenit: ⁊ victu et vesti
tu contẽti nullã inter se pprietatẽ habere: sʒ oia in cõi fm
Hiero. xij. q. j. duo sunt. Debet etiã claustro esse cõtentus
q: sicut piscis sine aqua caret vita: ita sine monasterio mo
nachus. Sedeat itaq; solitari⁹ ⁊ taceat: q: mũdo mortu⁹
est. xvj. q. j. c. placuit. Si auteʒ prelatus es respice. qnia fm
Chrys. in iudicio tuo sedes. Siquidem bñ vixeris et bene
docueris: ppl̃m instruis. Si bñ docueris et male vixeris:
tu solus cõdẽnator eris. Nã bene viuẽdo ⁊ bene docẽdo
ppl̃m instruis quõ viuere debeat. Eñ autẽ docendo ⁊ ma
le viuẽdo deũ instruis quõ te debeat ɔdẽnare. di. xl multi.
Tanta aũt dʒ esse pcellẽtia vite rectoris ad vitã subditoꝝ
quãtũ pastor excellit cõditionẽ suaruʒ ouiũ. Nec sibi suffi
cit puritas sua: nisi et puniat aliena crimia. Vñ Aug. Qui
nec regimis in se rõnẽ habuit: nec sua delicta detersit: nec
filioꝝ crimeʒ correxit canis ipudicus dicẽdus est magis q̃
epũs. ij. q. vij. qui nec regiminis. Respice tertio q̃lis sis in
vita: proficiens. s. aut deficiens in moribus: in aduersitati
bus ⁊ psperitatib⁹: circa q̃ opʒ te tenere medium si nõ vis
pdere modũ. Nã vt dicit poeta. Est modus in rebus: sunt Hora. in
certi deniq; fines: Quos vltra citraq; neq̃t ɔsistere virtus pmo ser
(al's rectũ) In te ergo cõsiste: ⁊ nõ infra deijce: nõ attolli monũ sa
supra: non euadere in longius: non extendi latius disce. tyra siue
Nã vt lõgitudo scʒ nimia exterminiũ habere solet: dilata ser. j.
tio scissurã: altitudo ruinã: ⁊ pfundũ absorptionẽ. Longi
tudinẽ nimiã tibi assumis: cũ pmittis tibi longiorẽ vitaʒ.
Latitudinẽ vero incongruã: cũ in supfluas distendiť anim⁹
curas. Altitudinẽ ruinosaʒ: cũ de se plus psumit. Profun
dum: cũ se plus debito deijcit. Qui em̃ longa sibi mentiť
tempora: nonne ingrediť iter exterminij. Transit em̃ vite
terminos productionis vite solicitudine. Siĺr et animus
districtus in multa: multis lacereť curis necesse est. Nẽpe
immoderata extensio extenuationeʒ: ⁊ extenuatio nimia
scissionẽ facit. Alta vero presumptio quid nisi ruinosa pre
cipitatio est. Unde Salomon Prouer. xvj. Ante ruinam
exaltabitur spũs. Nimia autẽ pusillanimitatis deiectio de
sperata quedã absorptio est. Medium ergo in cunctis te Media
ne vt possis cõprehẽdere cum oĩbus sanctis que sit latitu via ẽ ser
do ⁊ longitudo: sublimitas: ⁊ profundum. fm apostolum uanda.
Ephe. iij. Respice etiam qualis ex te sis: qualis ex deo. Ex
te mala: bona a deo esse non ambigas.

§.II. Respice secūdo extra

Respiciende sūt creature ⁊ quō. Triplex locutio creaturarum.

te scȝ creata. sm̄ illud Esa. lx. Leua in circūitu oculos tuos ⁊ vide. In circūitu em̄ tuo ex oī latere inuenies creaturas. Ois autem creatura triplici voce te alloquit̄. sm̄ Hugo. de scō victore. Et pma est accipe beneficiū. Scd̄a est redde seruitiū. Tertia est caue suppliciū. Et a superioribus inchoādo dicūt angeli p effectū tibi. Accipe bn̄ficiū nostrū: qd̄ ex pte creatoris cōtinue tibi impēdimus custodiendo: a malis eripiēdo: ad bona excitando. Et p hmōi beneficio ipi creatori redde seruitiū eius mandata adimplendo: alioquin testes erimus cōtra te in iudicio: ⁊ ministerio nostro ad inferna detraheris. Dicit tibi celum cum luminarib⁹ suis. Ego tibi motuȝ prebeo ⁊ sine me insensibilis pmaneres. Gratissimā lucē tibi sol porrigit: ne in tenebris tediosus resideas: ⁊ vt pȝ vere in omnia inferiora multiplices virtutes infundit. Et ne obscura in totuȝ vox habeat: luna cū stellis splendorē emittūt: celūqȝ decorāt. Pro hmōi igit̄ beneficijs redde obsequiū creatori nostro grās agens adimplens illud ps̄. xxxiij. Benedicā dn̄m in omni tpe. Loquit̄ ignis modo suo dicēs. O homo quātū bn̄ficiū tibi presto: te calefaciēdo: cibos tuos decoquendo: ꝙ plura opa efficiēdo tibi putilia: ⁊ sine mei participatione in calore naturali nutriri non posses. Pro hmōi igitur deo redde seruitiū: vt calore succēso dulcissime charitatis dn̄m deum pre oībus diligas. alioquin supplicium ignis eterni nō euades. Aer qȝ nō tacet dicens. Ego tibi flatum cōcedo: vt aspires ⁊ respires atqȝ locutionē tam necessariā vt formare valeas deseruio: te vndiqȝ curādo. Et aues varias suaue personātes melos ⁊ in cibū trāseūtes contineo. Redde igit̄ seruitiū deo: os tuum ad sui honorem ⁊ gloriā aperiēdo. Aqua inqt. Ego tuas immūdicias purgo: ⁊ fetores remoueo. Sitienti nō paruū refrigeriū affero. Spēs innumeras piscium ad tui vsum enutrio ⁊ quod plus est in sacramentis aie tue necessarijs me prebeo. Redde ergo suitiū: vt ipa sacramēta reuerearis. etsi non rōne materie in se: rōne tn̄ instituentis ⁊ grē ibi a deo posite. Alioquin absorptus ab aquis niuiū: trāsibis ad calorē nimiū. Deniqȝ terra ꝗuis infimū elemētoȝ: tn̄ copiosiori voce te excitat dī. O hō vn̄ fact⁹ es: nisi ex me humo.

Iob. xxiij.

Ego te sustēto: ego diuitias dono: aurū ⁊ argētū ceteraqȝ metalla que in viscerib⁹ meis gesto. Quot genera aialiū ppter te pasco ⁊ retineo. Et aliqua quidē in tui cibum: vt pullos: agnos: hedos: capreas: ceruos: vitulos: ceteraqȝ domestica ac siluestria. Alia ad tui adiutoriū: vt eqs: mulos: camelos: asellos: ⁊ hmōi. Alia ad tui solatium: vt symeas caniculos. Ego qȝ herbas nō solū suaues: sed et qȝ plurimas medicinales pduco: flores varios et fragrātes emitto: fruct⁹ innumeros ⁊ sapidos diuersis tpib⁹ offero. Pro hmōi igit̄ bn̄ficijs creatori tuo ⁊ meo recognosce te debitorē: ⁊ ad necessitatē non voluptatē his vti debere: ppximisqȝ tuis indigentibus portioneȝ pro posse porrigere. Alioquin si igratus iueniaris sicut apta est terra ⁊ deglutiuit Dathan: sic aperiet̄ tibi vt ad centrū eius descēdas ad terrā miserie ⁊ tenebrarū: vbi null⁹ ordo: sed sempiternus horror inhabitat. Iob. x.

§.III. Respice tertio supra

Quō respiciēda sunt celestia.

ad celestia vt aduuueris: vt nō solū gloriā sanctorū cōtempleris: sed etiaȝ ipos in auxiliū inuocare digneris. vn̄ ps̄. cxx. Leuaui oculos me. in mō. vn̄ ve. au. mihi. Nec credendū est pphetam loqui de mōtib⁹ materialib⁹: quia inde nō magis auxiliū sperare possumus ꝙ ad valles respiciēdo.

ps. lxxxvi

Sed loquit̄ de mōtib⁹ spūalib⁹ siue diuinis psonis: super qbus fundamēta supne ciuitatis (sm̄ eundē ps̄) sunt sita siue de mōtib⁹ rōnabilib⁹. i. sanctis ꝯteplatione ⁊ pfectiōe in altū eleuatis. Et circa hoc tria debes respicere. Et primo ꝙ ipa orō ad deuȝ ⁊ sanctos directa fiat cōgruēter: in eo ꝙ dicit. Leuaui oculos meos: nō oculū ait/sed oculos. Debet em̄ eleuari ad deū ⁊ sanctos in orōne ocul⁹ speculatiuus. ad ꝯsiderādū videlȝ dei ⁊ scōrū bonitatē ⁊ largitatem. et caueri dȝ ne oculus ipe ad terrena tunc aspiciat. Unde ⁊ Damasce. dicit ꝙ oratio est ascensus intellect⁹ in deū. Debet etiā erigi ocul⁹ practicus: vt scȝ intēdat operari qd̄ velit. s. cū postulat virtutes ⁊ hmōi. Uel etiaȝ secūdus oculus pōt dici pius affect⁹ in deū direct⁹. Unde et de saluatore dicitur Ioh. xvij. ꝙ eleuatis oculis in celum orans dixit. Pater venit hora. clarifica filiū tuuȝ ⁊c̄. Ut doceret moralr̄ ⁊ oculū intellect⁹ p attētionem: ⁊ oculuȝ affectus p feruorē ad deū dirigendū. Secūdo respice ꝙ oratio ipa fiat pluraliter. Unde subdit ps̄. In montes. Nō soluȝ em̄ ad vnū sanctū: sed ad plures dirigēda est oratio. quādoqȝ ad vnū: quādoqȝ ad aliū: vt nos docet sancta mater eccl̄ia.

Orō est fiēda ad plures sanctos.

Quasdā em̄ gratias seu dona obtinet quis orōne directa ad vnū sanctū: qs nō obtinet ex orōne facta ad aliuȝ sanctum: etiā longe maioris meriti sm̄ cōmune iudiciū: sicut patet p quotidianā experientiā i periculis maris ⁊ terre. Frequenter em̄ in naufragijs vel infirmitatibus constituti recōmendantes se Petro Paulo Iohanni vel Laurētio: nullū inde reportarunt leuamē. Et ex inde recōmendātes se btō Dn̄ico vel beato Cyriaco vel beato Erasmo vel alijs: qui estimantur inferiores apostolis: subito pericula euasere. Qd̄ ppterea contingere credit̄: q: vult gloriosus deus etiā minimos sanctos exaltari: et ab hoib⁹ venerari dum magna beneficia ipis mediātibus se pcepisse cognoscunt. Uel hoc etiā potest procedere: quia aliqñ quis cum maiori affectu ⁊ deuotione oculos mētis erigit ad auxilium postulādo ab aliquo sancto: etsi minori ꝙ faciat orōnem dirigendo ad sanctos maiores. Oratio autē quanto effectuosius fit: tanto efficacius exaudit̄ cōiter. Respice tertio ꝙ oratio ipa fiat fiducialiter vnde subdit ps̄. Unde veniet auxiliū mihi. Et hoc est qd̄ Iacob⁹ ait in cano. c. i. Postulet aūt in fide. i. cū fiducia nihil hesitans. Et certe causam habem⁹ sperādi auxiliū a sanctis cum sint fratres nostri. Sciūt em̄ necessitates nostras et miserias: pcipue cū eos inuocamus: exoptātqȝ nobis bona. Neqȝ em̄ charitas in eis deficit quā in via habuerūt ad pximos: sed in eis ad summū pfectionis deuenit. Cum igitur in mundo cōuersantes cū magno affectu laborarēt: ⁊ in subleuādis aliorū miserijs: multomagis credēdū est nūc nobis velle suffragari in illis in qbus deo beneplacitū esse cognoscūt sed ⁊ posse subest eis cū voluerint. Neqȝ em̄ beati essent si aliquid vellent quod obtinere non possent: ⁊ cū per merita Abraā Isaac ⁊ Iacob ⁊ Dauid dn̄s deus multa mala ⁊ flagella remouerit a populo suo ātiquo: ⁊ multa bona cōcesserit: vt pȝ ex pētateuchon ⁊ libris Reguȝ qui tn̄ p̄tres necdū ad gloriā intrauerant: sed in limbo detinebātur. quāto magis credendū est ppter merita apostolorū: martyrū ac confessorū ac sacrarū virginū: ⁊ pmaxime virginis matris Marie gloriosissime: qui sunt in glīa ⁊ fruitione beatissima: eos qui versantur in mundo multipliciter adiuuari in corpore ⁊ anima in spūalibus et temporalibus: sicut patet per exempla beati Dn̄ici: beati Bartholomei: ⁊ aliorum sanctorum.

§.IIII. Quarto respice in

Quō respiciēda sunt supplicia.

fra scȝ ad supplicia vt caueant̄. Unde Esa. lj. dī. Leuate in celum oculos vestros: ⁊ videte sub terra deorsum. i. nō solum celestia: sed ⁊ inferna respiciatis: sub terra em̄ infern⁹ est. Respiciendo autēȝ illuc tria genera seu tres status reperies animarum.

In inferno tres sunt status aiaȝ.

¶ Et ex primo cognoscere poteris maximam tibi concessam gratiam.

¶ Ex scdo pcipue tibi remouendā negligentiā.

¶ Ex tertio summe tibi cauendā impenitentiā.

Respice igitur primū statum: ⁊ hi sunt pueri siue puelle mortui sine baptismo post euangelium diuulgatū: vel remedio alio contra originale ordinatū in veteri testamēto

Et ꝗ̄uis pena sensibili careāt: gloria tamen beatissime visionis in ꝑpetuū ꝑuant̄. Et ꝗ̄uis mirū videat̄ ⁊ durum eos priuari tanta felicitate glorie sup̄ne sine aliqua culpa ab eis cōmissa: nulla tn̄ eis fit iniuria vel iniusticia. Ex cō-

Eph.ij.

tractu em̄ originali pctō nascimur oēs filij ire: et debitores mortis eterne. Quod si sine vllis meritis tuis placuit pijssimo deo seq̄strare te a massa pditoꝝ: ⁊ ad remediū ꝯ debitā mortē te pducere: nō habes hic certe qḋ cōtra deū queruleris. Sȝ vn̄ de tua liberatiōe magis ꝙ̄ illoꝝ dānireris: ⁊ ipm̄ affectuose venereris. Respice ad scd̄m statum

ps̄.xc.

scȝ eoꝝ qui sunt in purgatorio. ⁊ ibi ꝑm psal. Oculis tuis cōsiderabis: ⁊ retributionē pctōꝝ videbis. Quia em̄ deꝰ delictū oīno sine vltione nō deserit: vt dicit Greg. de pe. dist. j. si pctm̄ dauid. Sic etiā quātūcūꝙ̄ minimum sit: q2 negligētes fuerūt illi in mūdo degētes ad purgādum venialia ⁊ ad satisfaciendū p criminalibꝰ: ideo ibi torquent̄ maxima pena. Et q̄ a nobis leuissima vel nulla estimātur delicta ibi acerrime puniūtur. Sicut patet in vitispatrū p̄cipue de quodā religioso q̄ ob hoc ꝙ accesserat ad se balneandū ob quādā recreationē in aqua ibi suffocatus. apparuit defunctꝰ cū brachijs ⁊ cruribꝰ exustis: dicēs se acerrime cruciari: ⁊ p̄cipue ꝓpter illā delectationē balneādi: ⁊ ꝓpter hoc apparuerat cū exustione brachioꝝ et cruruȝ.

Timor ē duplex.

Sed qui deum timet nihil negligit. Eccl's. vij. eoꝝ scȝ q̄ dȝ facere ad sui salutē ⁊ purgatione plenā. Si tn̄ ꝑfectū dei timorē habeat: non solū initialē: sed etiā finalē. Respice tertio ad statū dānatoꝝ. Quia em̄ ipsi noluerunt oculos aperire ad cognoscēdas culpas. et lachrymis diluendas: nūc sine fructu eos aperiūt in tormētis. Sicut legitur de diuite epulone in inferno sepulto: ꝙ eleuās oculos suos cū eēt in tormētis: vidit abraā alōge ⁊ lazarū in sinu eius.

ps̄.xlvij.

Lu. xvj. Et vt dicit ps̄. Ipsi vidētes sic. s. dānati admirati sunt: cōturbati sunt: cōmoti sunt: tremor apprehēdit eos. Ibi dolores vt parturiētis: in spū vehementi conteres naues tharsis. Et loquit̄ de regibꝰ terre. i. pctōribus: qui ꝑm terrena se regūt ⁊ habitāt in lateribꝰ aquilonis: vbi est frigus intensum. ⁊ significat iniquitatē: que frigidam facit animam dei amore. Ubi tria nota.

¶ Primo pene multiplicitatem. ibi. Ipsi videntes.

¶ Secundo multiplicitatis acerbitatem. ibi. Dolores vt parturientis.

¶ Tertio acerbitatis huiusmodi causalitatē. ibi. In spiritu vehementi.

Dānati admirāt̄ de gloria bonoꝝ

Videntes ḡ damnati sic. s. sicut vidit ille diues in inferno gloriā ⁊ requiē bonoꝝ admirati sunt dicētes: vt refert sapiēs Sap̄. v. Hi sunt quos aliqn̄ habuimus in derisum et in similitudinē improperij. Nos insensati vitā illoꝝ estimabamꝰ insaniā: ⁊ finē illoꝝ sine honore. Ecce quō cōputati sunt inter filios dei. Ipsi vidētes sic: ꝙ vbi in mūdo erant in honore: diuitijs: ⁊ delitijs: ⁊ tunc sunt in tāta miseria vt deficiat eis etiā aque gutta: admirati sunt dicētes. Quid nobis profuit sup̄bia: aut diuitiarū iactātia quid contulit nobis. Transierūt oīa illa tanꝙ̄ vmbra. Exinde cōturbati sunt cōtra deū: qui hȝ ptātem sup plagā: scȝ ignis q̄ cruciant̄ odientes eū: ⁊ pre turbatione linguas suas cōmanducantes eū blasphemant. vt habet̄ Apoc. xvj. Turbati sunt cōtra seipsos adeo vt desiderēt mortē. i. sui annihilationē considerātes melius eis esse nō esse ꝙ̄ male esse: sed mors fugit ab eis: q2 deficere nō possunt a male esse. Turbantur ⁊ cōtra eos cū quibus vel pro quibus vel contra quos male egerunt tanꝙ̄ occasiones eoꝝ pene. Cōmoti etiā sunt a demonijs q̄ eos cruciāt: q̄ nō dant eis requiem die ac nocte. vt dr̄ Hiere. xvj. Et quia pro lecto habent qḋ dicit Esa. xiiij. scȝ subter te sternet̄ tinea: et operimentum tuū erunt vermes. Tinea scȝ synderesis remurmuratio a malo: et vermes stimuloꝝ cōsciētie ꝓpter penam quam sentiūt: nō aūt ꝓpter dei offensam. Et vltra hec. Tremor apprehēdit eos timentes adhuc peiora pati: et p̄cipue in receptione corpoꝝ suorum. Ubi cruciatus eis augetur: et in presentatione sui in finali iudicio: propter quod dr̄ Esa. xxxiij. Possedit tremor alr̄ timor hypocritas. Respice

Tormēta īferni sunt multa et aspera. Et genera tormentoꝝ huiusvite ē ludus q̄ ad ea.

huius multiplicis pene acerbitatē: cū dr̄. ibi. s. in predictis dolores vt parturiētis: qui maximi sunt ⁊ quasi mortales put mulieres ex earū clamoribꝰ ostendūt. Magnꝰ enim clamor magnū dolorē idicat. Neqꝫ em̄ aliqua similitudo posset induci ad declarandum acerbitatē illiꝰ doloris. oīa em̄ genere tormētorum huiꝰ vite etiā si possent reperiri in vno hoīe essent q̄si ludus ⁊ solatiū respectu illiꝰ pene. propter qḋ dr̄ Esa. xxxiij. Quis poterit habitare de vobis cū igne deuorāte. Aut q̄s habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis. q. d. intolerabile erit: et tn̄ inhabitare oportebit pctōres. Et deuorās dr̄ ignis ille ꝓpter absorptionē doloris totius hoīs. Et sempiternꝰ dr̄ ꝓpter durationē. Dolores em̄ maximi erūt in aspectu iudicis superni: accusantibus oībus eū: ⁊ testificātibꝰ ꝯtra eū demonibꝰ: angelis bonis: et cōscia ꝓpria: ac cūctis creaturis. Un̄ Grego. O ꝙ̄ anguste sunt tunc vie reprobis ⁊c̄. Uide in homel. aduentus. Respice tertio acerbitatis causalitatē: ibi. In

ps̄.xlvij.

spū vehemēti cōteres naues tharsis. Ad dn̄m ꝓpha hunc sermonē dicit. cuiꝰ spūs vehemēs est ira maxima: que tamē ira nō est vt in nobis cōcitati animi furor: sȝ iusta supplicij constituta. ꝑm Grego. Est igit̄ ira dei seuera punitio eiꝰ. Et in hac cōterit. i. totalr̄ terit: vt nulla pars aīe vel corpis remaneat itacta aut nō afflicta. Naues videlȝ mēres mercedes peccatorū secū portantes tharsis. i. gaudia mundi in ipsis peccatis querentes. Interp̄tat̄ em̄ tharsis exploratio gaudij. Explorāt em̄ hoc est querūt aliqui gaudiū suū ⁊ delectatione i diuitijs: vt auari. Alij in delitijs vt lasciui ⁊ gulosi. Alij in honoribus: vt ambitiosi et superbi. Has igitur naues in spū vehemēti. i. seuera sententia conteret anima ⁊ corpore. Hiere. xvij. Duplici contritione contere eos dn̄e deus noster. Et hec causa totius pene eoꝝ quia querētes gaudia mūdi noluerūt in mundo salubriter conteri. Qui em̄ impenitēs moritur: oīno morit̄ ⁊ eternaliter cruciatur. ꝑm Aug. de pe. di. vij. c. si. §. studeat. Et ideo cuista impenitētiā ⁊ respice: quia peccatores videbūt cū his malis filium hominis venientem ⁊c̄.

§. v. Respice quinto post

Quō respiciēda sūt pctā cōmissa.

te seu retro. s. pctā cōmissa ad satisfaciēdū nō ad iterādū. Nemo em̄ mittens manū suā ad aratrū ⁊ aspiciens retro aptus est regno dei. Luc̄. ix. Ponere manū ad aratrum ⁊ aspicere retro: est post assumptā pniam vel religionē ad pctm̄ vel ad seculū corde redire: hoc aūt a regno dei excludit. Sed oculos dȝ q̄ a retro hr̄e sicut habebāt animalia: de q̄bus scribit̄ Apoc. iiij. vt videlȝ pctā cōmissa recogitātes ea mortificēt. In cuiꝰ figura legit̄ ꝙ abraā leuauit oculos viditꝙ̄ post tergū herentē arietē cornibus spinis: quē obtulit in sacrificiū p isaac primogenito. Gen̄. xxij. Abraam intendens mactare primogenitū suum in sacrificiū vt deo placeret: signat virtuosum: qui aliqn̄ appetitū rōnalē querit mortificare in honorē dei: dū. s. necessaria q̄ dictat ratio subtrahit sibi. Sed aspiciēs retro. s. ad vitā p̄teritam ⁊ videns appetitū sensualē ⁊ animalē ducē passionū: vt aries est dux ouiū: infixū vitijs tanꝙ̄ spinis conscientiam pūgentibꝰ a deo istruit̄ vt appetitū bestialē offerat deo carnē suā crucifigēdo cum vitijs ⁊ cōcupiscentijs magis ꝙ̄ indiscretis abstinētijs. Quia ꝑm Hiero. apud deum non tam valet abstinētia ciboꝝ ꝙ̄ mortificatio vitioꝝ. de pe. di. j. mensurā. Respice ḡ retro ad opa praua cōmissa propter que creatura exosa efficitur deo. ꝑm illud ps̄. Odisti

ps̄.xliiij.

oēs qui opant̄ iniquitatē. Que etsi aliqn̄ occulta sint hominibꝰ: deo tamē clare nota. Unde ipe dixit. Scio opera tua: quia nomē habes ꝙ viuas. s. ꝑm apparētiā: ⁊ mortuꝰ es. Esto vigilās ⁊ ꝯfirma cetera que moritura erant: ⁊ penitentiam age. Apoc̄. iij. Respice retro ad locutiōes inutiles: quia vt dr̄ Sap̄. j. Sermo obscurus in vacuū non ibit. Et dr̄ sermo obscurus locutio que non hȝ in se claritatem

edificationis & vere intētionis. & hic nō ibit invacuum. i. non trāsibit sine punitiōe. Et vt dicit aplus. i. ad Cor. xv. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Qđ pz per experientiā in pueris. qui cū a natura pueri sint efficiuntur pleni blasphemijs: piurijs: mēdacijs: cōtumelijs: scurrilitatibus ꝓpter ea q̄ audiunt ab his inter quos cōuersant.

Respice ad cogitationes prauas. Nā vt dr Sap. i. In cogitationibus impij interrogatio erit. s. in iudicio dei: ac etiā punitio de ipsis si noxie fuerint. Unde dr Mich. ij. Ve qui cogitatis inutile. Et multo magis ve erit eis qui in ipsis morant. Qđ reprehendens dñs ait Hiere. iiij. Usquequo morabunt in te cogitatiōes noxie. Et ideo poeta inquit. Principijs obsta sero medicina paratur. Cū mala ꝑ longas conualuere moras.

Ouidius primo de remedio amoris.

§. VI. Respice sexto que ante te sunt:

Quō respiciēda sunt istā ꝑicla.

hñs cameras ſuas: videlꝫ virtutes annexas. Tertiū eſt iu
ſticia in malis vitãdis pximoꝝ in miſerijs ſubleuãdis: ha
bẽs ꝛ ipa multas cameras.i.virtutes annexas. Quartū eſt
virt⁹.i.foꝛtitudo in perferendis moleſtijs cū ſuis camerís
idest virtutibus annexis. Uade ḡ in domū tuã.i.cõſciẽtiã
ſic recte edificatã de ſolario in ſolariū: ꝛ de officina in offi
cinam. et de camera in camerã virtutū diſcurrẽdo: ꝛ ſic re
cte operaberis. Hanc tñ domū cõſciẽtie non tu: ſed pꝛinci
Domus paliter de⁹ edificat. Et ideo bene dr: q ſapiẽtia ſcꝫ xp̄s edi
ꝯſcie fir- ficauit ſibi domū. Quantū ad ſcdm ad hoc vt dom⁹ fir
miter dꝫ miter ſuſtentetur cū lata eſt ꝛ alta requirunt plures colū
ſuſtẽtari ne que ſuſtineant pondus. Septẽ autẽ colūnas ſapiẽtia

excidit ad ſtabiliendum ꝛ ſuſtẽtandū domū conſcientie: Septe
alꝯ ppter diuerſos impulſus vitioꝝ corrueret. Et ſunt he colūne
ſeptem colūne ſeptẽ cõditiões vere penitẽtie: quas ponit reqrunt
aplꝰs.ij. ad Coꝛ. vij. dicẽs. Que enī ſcdm deū triſticia eſt pe ad do-
nitentiã in ſalutẽ ſtabilẽ opat. Operat enī in nobis ſoli mū con
citudinẽ: ſed deſideriū: ſed defenſionẽ: ſed indignationẽ: ſciẽtie ꝛ
ſed timoꝛẽ: ſed emulationẽ: ſed vindictã. ſcdm Hug. cardin. q̄d ſigni
Eſt igit pꝛima colūna ſolicitudo.ſ.ad bñ cuſtodiendū ſen ficatur
ſus ſuos: q̄ ſunt feneſtre aie ſeu poꝛte p quas ingredit dia p eas.
bolus vt furetur theſaurū virtutum. Vñ ſolicite vigilare
opꝫ q docet xp̄us Math. xxiiij. Si ſciret paterfamilias q̄
hoꝛa fur venturus eſſet: vigilaret vtiq et nō fineret per
fodi domū ſuã. Scda eſt deſideriū.ſ.placẽdi deo qui eſt
feruoꝛ charitatis multū domū cõſciẽtie foꝛtificãs ꝛ abſoꝛ
bens pctã quotidiana: ſicut ignis guttas aque. In huius
figurã zacheus deſiderãs xp̄m videre et non valẽs ppter
paruitatẽ ſtature. aſcẽdit in arboꝛẽ ſycomoꝛi: ppter quod
deſideriū xp̄s dixit. Deſcẽde q: in domo tua opꝫ me mane
re. Aſcẽſio autẽ in arboꝛẽ ſignat aſcẽſum mẽtis p meditas Luc. xix.
tionẽ et affectum ad crucẽ ſeu paſſionem xp̄i. Circa qđ di
xit Bern. ſup Can. Quid efficacius ad curandū cõſciẽtie
vulnera: necnon ad purgandū anime mentẽ q xp̄i vulne
ruꝫ ſedula meditatio. Tertia colūna dr: defenſio: vt ſi cū
inimicus vult circundare domū conſciẽtie ꝛ intrare per
deſperationẽ vel laſciuiã vel p alia vitia: defendat ſe q̄s
viriliter reſiſtẽdo. Quod quia nō fecit mulier que fuit po
ſita ad cuſtodiã domus yſboſeth regis iſrael: ſed doꝛmita
uit. intrantes duo pꝛincipes latronum domū occiderunt
ipſum regẽ percutiẽtes in inguine. vt habet.ij. Regū.iiij.
Ad figurandū q ſi mulier.i. rō nō defendit ſe ꝯ tentatio
nes: ſed doꝛmiat: occidit anim⁹ et dom⁹ cõſciẽtie ſpoliat.
Quarta colūna dr: indignatio ꝯ ſeipſum deteſtãdo pec
catū cõmiſſum inquãtū eſt dei offenſa. Et quãto quis ma
gis indignat et deteſtat pctm: tãto foꝛtioꝛ eſt colūna. Nō
autẽ dꝫ quis indignari ꝯ naturã pctõꝛis vel ꝯ perſonã eū
ad miſericoꝛdiam ſuſcipiẽtis. Sicut indignatus eſt frater Luc. xv.
pꝛodigi de patre ſuſcipiẽte ipſum pdigū reuertentem ad
penitẽtiã ꝛ ad domū paternã: adeo indignat⁹ q noluit in
domū introire. Sed ipſe pdigus indignat⁹ ꝯ ſuam culpã
intrauit domū: et honoꝛabiliter ſuſceptus eſt. Quinta co
lūna eſt timoꝛ: qui in pctõꝛib⁹ aliqualiter diſpoſitis in cõ
ſciẽtia ſolet eſſe pꝛincipalr de penis inferni. Et hic timoꝛ
lꝫ nō ſit ſufficiẽs ad ſalutẽ: tñ cauere facit a multis malis:
Et ideo bonus. Timoꝛ enī dñi expellit pctm: vt dr: Eccī.i.
Sed in recte ꝯſcientiatis timoꝛ iſte eſt de non offendẽdo
deū ne amittatur grã beniuolentie eius: et iſte eſt neceſſa
rius. Unde Eccī. xxvij. dr. Si non in timoꝛe dñi tenueris
te inſtanter cito ſubuertet domus tua. Sexta colūna eſt
emulatio illa videlꝫ de qua dicit aplꝰs. Emulamini chariſ
mata melioꝛa.ſ.ad Coꝛ. xij. Hec emulatio impoꝛtat affe
ctum magnū habendi dona ſpūalia que videt in pꝛoximo
cum quadã triſticia de defectu illoꝝ bonoꝛum que i ſe eſſe
nō videt. Et hoc facit hoīem laboꝛare ad pficiendū in via
dei. Hanc emulationẽ videtur habuiſſe martha que xp̄m
excepit in domū ſuã. vt dr: Luc. x. ppter qđ quaſi dolẽs q
ſoꝛoꝛ ſua erat magis dedita ſpūalibus: q: ſedens ſec⁹ pe
des dñi audiebat verbū illius dixit xp̄o. Dñe non eſt tibi
cure q ſoꝛoꝛ mea reliquit me ſolã miniſtrare. Septima
colūna dicitur vĩdicta.i.punitio de ipſis peccatis. Quãto
enī q̄s plus peccauit et grauius tãto magis debet dolere
et ſe coꝛpoꝛali affligere. Eſt enī penitentia vt dicit Aug.
quedã dolentis vindicta: puniẽs in ſe qđ dolet cõmiſiſſe.
de pen. diſ. iij. penitentia. Quod optime ſeruauit maria
magdalena: q̄ intrans in domū vbi xp̄s erat: ſtans retro
lachꝛymis cepit rigare pedes ꝛc. Luc. vij. Has igit ſeptẽ
colūnas domum cõſciẽtie ſuſtẽtantes: ſapientia chꝛiſtus
excidit ex ſe pꝛocedentes: pꝛoponens etiã homo per libe
rum arbitrium in domo conſciẽtie habitare: ſupponit
has etiam colūnas. Uade ergo in domum ad huiuſmodĩ

colūnas supponendū vel reficiendū. Possunt etiā intelli
gi ꝑ has colūnas septē dona spūssancti. Quantū ad ter
tiū principale dico ꝙ ad bonitatē dom⁹ requirit ꝙ delecta
biliter ibi hō quiescat. dr̄ em̄ Prouer. xxvij. ꝙ fum⁹ stillicī
Tria sūt diū et litigiosa mulier expellūt hoīem de domo. et hoc iō
ꝗ inquie q: inquietāt ipm̄. Et fumus quidē qui in altum ascēdit est
tāt hoīez mentis elatio. Mulier litigiosa est sensualitatis ꝯdictio
in domo ad spiritū. Stillicidiū est peccõꝝ etiā paruoꝝ vilipēsio: seu
curatiōis eoꝝ neglectio. Sed diuina sapiētia in domo cō
scientie quā edificauit vt sibi sit quies ⁊ leticia posuit mē
sam sacroꝝ eloquioꝝ bonoꝝ spūaliū que defendunt nos
ꝯ volentes inquietare. Vn̄ ps̄. xxij. Parasti in conspectu
meo mensam aduersus eos qui tribulāt me. Immolauit
victimas. i. sacrificia xp̄i et sanctoꝝ quibus seipsos obtule
runt morti. Proposuit vt in eucharistia ⁊ alijs sacris. Sic
Luc. xv. pater filio prodigo in domū reuerso obtulit vitulum sagi
natū in esum. Miscuit etiā vinum qđ letificat cor hoīs: et
oēm mentē facit securā. vt dr̄. iij. Esdre. iij. idest spirituales
ꝯsolationē et leticiā. De qua domo ꝯsciētie sic ꝑparata di
cit sapiēs. Intrās in domū meā scz cōsciētie cōquiescā cū
illa. Nō em̄ hz amaritudinē cōuersatio illi⁹: nec rediū cō
uictus illius: sed leticiā ⁊ gaudiū. Sap. viij. Qđ gaudiuz
Septez causat et septē fructib⁹ ipsius cōsciētie: q̄bus fruimur scz in
fruct⁹ bo vita p̄nti. Et hoꝝ primus est. q: ipsa est radix charitatis
ne ꝯsciē. Vn̄. j. ad Tim. j. Finis p̄cepti est charitas de corde puro ⁊
ꝯsciā bona scz p̄cedēs. Et Ber. in li. de ꝯsideratōe. Forti
tudo tua fiducia fidelis cōsciētie. Scđus fruct⁹ est iuitor
Ps̄. v. dictatis. Vn̄ ps̄. orabat. Dirige in cōspectu tuo viā meam.
Glo. in cōspectu tuo. i. i cōsciā vbi solus de⁹ videt. via que
ducit est via veritatis. et subdit. qm̄ nō est in ore eoꝝ veri
tas. s. inimicoꝝ qui falso opinant̄ de conscientia alterius.
Sed vt dic̄ Greg. Quē em̄ cōsciā defendit: liber est inter
accusatiōes: et liber sine accusatiōe esse non pōt: si sola q̄
interius adiacet cōscientia accuset. xj. q. iij. in circis. Ter
tius fructus est ornat⁹ venustatis. s. aie que est spōsa xp̄i.
Vnde dicit ipe sponsus aie sancte Cant. iiij. O pulchra
es amica mea: ꝙ pulchra. s. quod interiorē dispositionē et
exteriorē conuersationē. Et ideo dicit bis pulchra: oculi
tui colūbarū ꝑ diligentē circūspectionē absq̄ eo qđ intrin
secus latet scz in conscientia ꝑ bonoꝝ ornatū scz ꝑpositio
nem. Quartus est retractoriū a pctīs. Quē em̄ consciē
tia mordet ⁊ stimulat ꝙ aliq̄d sit illicitū: per hoc retrahit
Nota ꝯ a pctō in quo labi posset. Considerat em̄ illud Iaco. iiij.
doctos. Scienti bonū ⁊ nō facienti pctm̄ est illi. Et. ij. Pet. ij. Me
lius erat illis nō cognoscere viā iusticie: ꝙ post agnitionē
retrorsum cōuerti ab eo qđ illis traditū est sancto manda
to. Nec tn̄ propter hoc fugiendū est ad latebras ignorant
tie: vt dicit Augu. Quia affectata ignorātia pctm̄ auget:
nō minuit. Et ꝙ cōscientia retrahat a maloꝝ prouocet ad
bonū ostēdit̄ Prouerb. xij. Et qui promittit et quasi gla
dio pungitur conscientie. Nam instinctus conscientie ꝑ
mittit premiū benefacienti ⁊ pungit minādo penā eternā
bona negligēti. Quintus est thesaurus honestatis. de q̄
Eccl. xiij. Bona est substātia cui nō est pctm̄ in cōscientia.
Quod tā de substātia rerū terrenarū ꝙ spiritualiū intelli
gi pōt: vt scz nec de virtutibus nec sciētia superbiat: ⁊ tēpo
ralia illicite non retineat. Hinc Cassiod. in epl̄is. Quid ac
quiri ait putatur vbi bona cōscientia perditur: aut in qua
parte possit homo ꝑficere: si innocentiā ꝑbat⁹ fuerit ami
sisse. Sextus est testimoniū bonitatis. ad Rom. ij. Testi
moniū illis reddēte ꝯsciētia ipsoꝝ. Vn̄ Greg. sup Ezech.
Quid p̄dest si oēs laudēt ⁊ cōsciētia accuset: aut q̄d pote
rit obesse si oēs derogēt ⁊ ꝯsciētia defendat. Et Bern. sup
Can. Omnino sufficit aduersus nos loquētiū iniqua opi
nio bonoꝝ cū testimonio cōsciētie. Septim⁹ fruct⁹ bone
cōsciētie est cōuiuiū delectabile. Nam vt dr̄ Prouerb. xv.
Mens secura q̄si iuge conuiuiū. securitatē autē mētis fa
cit bona cōsciētia. Vn̄ et sapientia parauit mēsam miscuit
vinū: qđ vinū etiā intelligi pōt de sanguine xp̄i qui princi

paliter operat̄ cōsciētie bonitatē. Vnde apl̄s ad Heb. ix.
Sanguis xp̄i emundauit cōsciētiā nostrā ab operib⁹ mor
tis ad seruiedū deo viuēti. Quātū ad quartū de ornatu
dom⁹ requirit̄ ꝙ sit picturata. i. exēplis sctōꝝ edocta. Vn̄
quidā rex turpis specie cubiculū suū depingi fecit pulcher
rimis imaginib⁹ vt earū aspectu vxor sua pulchrū pareret
filiū. Cur xp̄ianus domū sue cōsciētie in memoria bonorū Consciē
exēploꝝ non depinget: vt vxor sensualitatis ꝑles virtutū tie orna
gignat. Scđo requirit̄ ad ornatū domus ꝙ sit odorib⁹ tus.
nō fetorib⁹ referta: qđ fit per bonā famā et honesta cōuer
satione et virtuosa. Vn̄ apl̄s. ij. ad Coꝝ. ij. Xp̄i bonus odor
sum⁹ deo in omni loco. Et in figurā huius dr̄ de domo vbi
christo facta est cena a martha ⁊ maria ꝙ domus repleta
est ex odore vnguenti. Ioh. xij. c. Tertio pertinet ad or
natum dom⁹ vt sit bene illustrata lumine grē vel lucerne
lumine scripture veritatis. Vnde etiaz in figuram mulier
vt adinueniret drachmā accendit lucernā ⁊ euertit domū
vt habetur parabolice Luce. xv. cap.

§. VII. Sed queri pōt vtrū

quis scire valeat se habere rectā cōscientiā lumine. scz grē Circa cō
illustratā: an non. Ad qđ r̄ndet̄ fin Alexā. de al. ꝙ septem scientiaz
sunt differētie hoīm circa hmōi attēdēde. Aliq̄ em̄ putāt septē sūt
se hr̄e bonā conscientiā et grām seu charitatē: sed neutrū differen
habēt. alij sciunt ꝙ illā non hn̄t. alij dubitāt de h. alij opi tie hoīz.
nant̄ ꝙ habeāt gratiā ⁊ bonā cōsciētiā. alij experiunt̄ sed
non hn̄t de hoc sciētiā. alij hoc sciūt tm̄ per reuelationem
septimi hoc sciūt ꝑ cām et certā visionē. Primi ḡ sunt in
fideles ⁊ heretici: imo etiā xp̄iani quidā tepidi: qui nō illu
strātes cōsciētiā suā ex ignorātia crassa: mortalia cōia nō
credūt mortalia esse. Vn̄ in his ꝑseuerāt: et sacrm̄ eucha
ristie indigne percipiūt. ꝑpter quod dicit apl̄s. j. Ad Coꝝ.
xj. Probet autē seipsum homo. i. conscientiā examinet. et
sic de pane illo edat. In tali cecitate fuit aliq̄n paulus: vt
ipse testatur. Nam captus a romana militia hierosolymis
iudeos ad quoꝝ petitionem captus fuerat sic alloquitur.
Ego omni conscientia bona conuersatus sum ante deum
vsq̄ in hodiernū diē. Actu. xxiij. Qui tn̄ ꝑsecut⁹ fuerat ec
clesiam putans bene facere. Secundi sunt qui sciunt se
hr̄e non bonā cōsciētiā: vt hi qui sciunt se esse in mortali
actu vel ꝑposito nō penitentes: ad quos pōt illud dingi
Eccl̄s. vij. Scit cōsciētia tua: q: tu crebro maledixisti alijs.
Tertij sunt qui dubitant se habere bonā conscientiam:
qui scilz hn̄t rationes eque fortes ad hoc ꝙ sint in gratia:
sicut ad oppositū: puta cum vident se esse tepidos i amā
do deū: non habēdo affectū orandi ⁊ ad alia spūalia: vel
multū remissum parum dolorem sentire de pctīs ⁊ huius
modi. Et ex opposito considerant nullam voluntatē se ha
bere peccādi mortaliter: sed ꝑpositū abstinendi: detestari
peccata cōmissa rōne et hmōi. Tales dicere possunt illud
apl̄i. Nihil mihi cōscius sum: sed nō in hoc iustificatus suz
j. ad Coꝝ. iiij. Quarti opinātur se habere bonā conscien
tiam ⁊ se esse in grā: etiam ꝑbabiliter cū formidine tamē
aliqua de opposito: sicut illi qui vidēt se feruētes in amo
re dei et proximi: ⁊ amare lugere dei offensas paratos ad
sufferendū aduersa. Sentiunt tamen aliq̄n rebellionem
carnis ad spiritū et fragilitatē. et hi dicere valent illud. ij.
Corinth. j. Gloria nostra hec est testimoniū cōsciētie nr̄e:
ꝙ in simplicitate cordis ⁊ sinceritate dei et non in sapiē
tia carnali/sed in grā cōuersati sumus. Quinti experiū
tur se habere gratiā a bona cōsciētia: sicut illi qui sentiunt
dulcedinē diuine bonitatis in orōne. et gustant ꝙ suauis
est dn̄s. ad qđ inuitat ps̄. Gustate et videte qm̄ suauis est ps̄. xxxiij.
dn̄s: beat⁹ vir qui sperat in eo. Gustate ait scilz noticia ex
perimētali et affectiua causata ex re vnita sensui: gust⁹. scz
et affect⁹. Videte scz cōtēplando ei⁹ bonitatez: qm̄ suauis
est dn̄s aie querenti eū et grē possessionē. Beatus vir qui
sperat in eo: scilicet habens conscientiam bonam. Nam ꝙ
conscientia bona significet spem: patet ex illo apostoli

.j. ad Tim. .j. Charitas de corde puro ſcȝ procedit et cōſciētia bona. Ubi gło. i. ſpe vera q̄ cauſaṫ ex dei amicitia: ſicut et ſpes cauſaṫ ex bono cōſciētia. Iſta tn̄ cognitio nō eſt per mediū infallibile: ſed p ſigna. Et q̄ de bona ɔſciētia queat haberi experimētalis cognitio ꝓbaṫ Apoc. ij. vbi dicitur. Uincēti dabo māna abſconditū. Uincenti ſcilȝ vitia dabo māna abſconditū. i. dulcedinē ex inhabitatione xp̄i in domo cōſcientie. Abſcōditū: q: ab alijs non videṫ: nec clare a ſeipſo ſentiṫ. Et dabo ei calculū candidū. i. habitū grē ꝛ charitatis: q̄ grā lucet et emūdat: inde đr candidū. Calculus aūt hic đr carbūculus: ꝛ nomē nouū ſcriptū qđ nemo ſcit niſi qui accipit. hoc nomē eſt quo filij dei per adoptionem efficimur. Sexti ſunt qui ſciūt ſe hr̄e bonā conſciētiā et gratiā p reuelationē dei: qđ habuit Abraā qn̄ dn̄s ei dixit p angelum. Nūc cognoui q̄ timeas deum. Gen̄. xxij. Cognoui. i. cognoſcere te feci q̄ timeas deū. ſ. timore filiali: qui ſine grā ꝛ cōſciētia bona eſſe non poteſt. Septimi ſunt q̄ ſciunt p cauſaȝ rei vel rōne rei: vt hi qui clare viderunt diuinā eſſentiā in vita pn̄ti: ſicut moyſes in veteri teſtamēto: et paul⁹ in nouo qn̄ rapt⁹ fuit ad tertiū celū. Un̄ ipſe dicebat. Certus ſum q̄ nec mors nec vita ꝛc. ſeparabunt nos a charitate xp̄i. ad Rom̄. viij.

§. VIII. Hec ergo bona cōſcientia

Domus cōſciētie efficitur ſpelūca latronū ex ſeptez modis.

ſcientia đr domus. de qua xp̄us dixit. Domus mea domus orōnis vocabiṫ. Et de mala ſubdit. Uos autē feciſti illam ſpelūcā latronū. Mat. xxi. Facit aliq̄s domū cōſciētie ſpeluncā latronū ex ſeptē malis q̄ reperiunṫ in ea. Et primū eſt: q: bellū inteſtinū generat dū vna cogitatio alteri recalcitrat. Sen̄. Timidū nō facit animū niſi rep̄henſibilis vite cōſcientia. Scđm malū eſt: q: primū excecat. q: cū quis ab intra habituatus mala cōſcientia: ad extra mala operari incipit primo cauſa ruine inſiſtit. Un̄ aplš. .j. ad Cor. viij. Si q̄s viderit eū qui hȝ ſciētiā in idolio recūbentē: nonne cōſcientia eius cū ſit infirma edificaṫ ad manducādū idolothita: ꝛ peribit infirm⁹ frater in cōſciētia tua. Tertium mūda immūda ſibi apētat ſeu facit. ad Titū. .j. Oīa munda mūdis. coinq̄natis aūt et infidelib⁹ nihil eſt mundū: ſed inq̄nate ſunt eoꝝ mens ꝛ cōſciētia. Quartū malum eſt: q: difficilē viā parit cū iniuſtis: q̄ dicūt Sap̄. v. c. Ambulauim⁹ vias difficiles. Cō ɔ̃rium ſuadet aplš ad Heb. x. dicens. Accedamus ad ſacerdotē magnū xp̄m cum vero corde ī plenitudie fidei aſp̄ſi corda a cōſciētia mala. Hinc et Sen̄. Mala ɔſciētia ſepe tuta eſt: ſecura nūq̄. Quintum ad errorē adiuuat: ita vt nōnūq̄ ad hereſim inducat .j. Tim̄. iiij. In nouiſſimis tp̄ibus diſcedēt quidā a fide attendētes ſpiritib⁹ erroris ꝛ doctrinis demonioꝝ in hypocriſi: loquētiū mendaciū ꝛ cauteriatā habentiū ſuā cōſciētiā. i. corruptā ꝛ cōcupiſcētiā aduſtā. Sextum ad gehennem edificat. Oīe eñ qđ contra ɔſciētiā fit etiā erroneā ſi durat: vel qđ non eſt ex bona cōſciētia edificat ad gehēnam. xxviij. q. .j. omnes. Septimū malū eſt: q: triſticiam continuat in magnū grauamē aīe. Sap̄. xvij. c. Semp preſumit ſeua perturbata ɔſciētia. Et Iſiđ. dicit. Nulla pena grauior q̄ mala conſcientia.

§. IX. De cōſciētia ſcrupuloſa

poteſt exponi illud pš. liiij. Saluū me fecit ſcȝ deus a puſillanimitate ſpiritus et tempeſtate. Ubi tria poſſunt notari.

¶ Primum eſt ſcrupuloſe conſcientie ſanatio. ibi. Saluum me fecit.

¶ Secundum ſcrupuloſe conſcientie cauſatio. ibi. A puſillanimitate.

¶ Tertiū ſcrupuloſe cōſciētie nociua aggrauatio ſeu ꝓpagatio. ibi. Et tempeſtate.

Incipiendo autē a ſcđo vt ordinarius loquamur. Sciēdū q̄ ſcrupul⁹ eſt vacillatio quedā cōſurgēs cū formidine ex aliquibus cōiecturis debilib⁹ et incertis. Unde videṫ

quid eſt ſcrupul⁹

eſſe ſcrupulus id qđ apud alios đr puſillanimitas: que eſt tedio ſeu timore rerum aduerſarum inercs ꝛ incōſiderata fracti animi deiectio. Et ſic vtrūq̄. ſ. tam ſcrupul⁹ q̄ puſillanimitas importat inordinatū timorē. Un̄ ipſe ſcrupul⁹ a quibuſdā vocaṫ erronea cōſciētia: ab alijs timor cōſcientie ꝛ ab alijs puſillanimitas. Contra qđ đr Eccli. vij. Noli eſſe puſillanimis in aīo tuo. Sciendū autē ſm Alb. in lib. de q̄ttuor coeuis. q̄ differētia eſt inter ſciētiā: fidē: opinionē: dubitationē: ꝛ ſcrupulū ſeu ſuſpitionē. Nā ſcientia proprie eſt eoꝝ que cognoſcunṫ per cām: et q: impoſſibile eſt aliter ſe habere. Fides aūt eſt ꝑfecta ꝑſuaſio vni⁹ ꝑtis ſeu cōcluſionis p multa ꝓbabilia vel autoritatē dicentes: et hoc etiā appellaṫ credulitas et cōſciētia. Opinio autē eſt acceptio vnius partis cū formidine alterius: ita tamē q̄ ad illam quā formidatur non habeṫ ratio expreſſa: formidatur tn̄ ꝓpter debilitatē rōnis alterius partis. Dubitatio vero eſt interminat⁹ motus rōnis ſup vtrāq̄ partem cōtradictionis p equalia media ita q̄ nō magis pēdet ad vnā partē q̄ ad aliā: ꝛ hec etiā đr ambiguitas. Demū ſcrupulus ex leuibus cōiecturis ſeu medijs ꝛ multū debilib⁹ mouetur ad vnā partiū. Et hic etiā đr ſuſpitio ꝛ puſillanimitas ſpūs que repellenda eſt. Un̄ đr. vj. q. .j. oues. Oīs ſuſpitio potius eſt repellenda q̄ approbanda vel recipienda. Et ratio aſſignatur in. iij. parte: cū dicaṫ. Et tempeſtate. In qua quidē tertia pte notatur effectus nociuus qui ſequiṫ ex ipſa puſillanimitate ſeu ſcrupulo. Inducit eniȝ ad quoddā tediū et triſticiā aggrauantē animū: vt nil boni ei agere libeat. Et ſic velut tēpeſtas q̄ deſcendit in egyptū cōſumpſit oīe qđ repperit viride. Sic triſticia procedens ex ſcrupulo conſumit vigorem et robur animi. Diminuit etiā audaciā alioꝝ ad bonum ſui exemplo. Propter qđ dn̄s precepit q̄ hi q̄ erāt cū gedeone pugnaturi ɔ̃ hoſtes formidoloſi ꝛ puſillanimes non irent cum alijs: ſed reuerterenṫ domū: videlȝ ex timore fugiendo alioꝝ audaciā debilitarent: vt habetur Iudi. vij. Et in figurā ſcribiṫ Ione. .j. q̄ hi qui nauigabāt cū Iona ꝓpheta orta tempeſtate in mari oēs timuerūt valde: ſed ipſo Iona ab eis ſemoto ceſſauit tēpeſtas et ſecuri facti ſunt. Inducit demū ſcrupuloſa cōſcientia tēpeſtatē deſperatiōis a qua liberari ſe petebat. pš. lxviij. đi. Non me demergat tēpeſtas aq̄ ſcȝ deſperationis. Un̄ ꝛ Bern̄. Puſillanimitas parat ꝑturbationē: perturbatio deſperationē: deſpatio vero interimit. In cuius figurā legiṫ. .j. Mach̄. ij. q̄ quidā ſcrupuloſi ex ſocietate machabeoꝝ quia noluerunt ſe defendere contra hoſtes bellantes aduerſus eos in die ſabbati: timētes ne ꝓpter hoc violarēt ſabbatū occiſi ſunt ab eis. Cauſaṫ autem iſta ſcrupuloſitas ſiue puſillanimitas inducēs tēpeſtatē multoꝝ maloꝝ quandoq̄ ex cōplexione ad timorem idonea: vt eſt cōplexio frigida: puta in feminis vetulis ꝛ melācholicis. Timor eñ naturalr̄ ſm Damaſ. cor cōſtringit: ſicut ꝛ frigida conſtringunt: ꝛ cōgelationē faciūt ad quē motum cōtractionis imaginatio moueṫ a timoris diſpoſitione: ita vt cōcipiat quis aliqđ eſſe futurū malū: et per cōſequēs fugiēduȝ. Aliq̄ cauſatur puſillanimitas ſeu ſcrupulus ex egritudine maniaca vel melancholica: q̄ eſt infirmitas capitis: p quā lediṫ imaginatio et q̄nq̄ ratio. Un̄ Gal. et Auic. dicunt q̄ mania eſt infectio anterioris cellule capitis cū diminutione imaginationis. Melācholia vero eſt infectio medie cellule capitis cū diminutiōe rationis. Cauſaṫ et aliq̄n ſcrupulus ex tentatione diabolica. poteſt eñ diabolus deo permittēte mouere melācholicos humores in hoīe: p quos imaginatio vel errare poteſt: aut turbari ad timorē inordinatū. Un̄ et Auic. dicit q̄ q̄buſdā medicis viſum eſt q̄ melācholia cōtingat a demonio. Aliq̄n vero ꝓcedit puſillanimitas ſeu ſcrupulus ex regiminis corporalis negligētia. ſ. per nimiā abſtinentiā: vigilias et hmōi. Unde beatus Hiero. Rationalis hoīs dignitatem amittit: qui vel ieiunium charitati: aut vigilias prefert ſenſus integritati; vt per immoderatam abſti-

Differūt ſciētia fides opinio ꝛc.

Opinio

Dubitatio.

Scrupul⁹ ſeu ſuſpitio.

Un̄ cauſaṫ puſillanimitas vel ſcrupul⁹

melācholia vn̄ cōtigat ſm Auic.

nentiam atq; indiscretā psalmoꝝ vel officioꝝ decantatio-
nē aut amentie aut tristicie.i.melācolie notam incurrat.
de ꝯsecra.disti.v.nō mediocriter. Aliqñ causant scrupuli
ex societate timidorum. Nam vnus scrupulosus facit aliū
scrupulosū. Remouēde igit hmōi sunt cause: ne ipsa pu-
sillanimitas tempestatem inducat: ⁊ demū in infernū de-
uoluat. Quod inde consequi ostēdit ps̄. qui postq̄ dixit.
ps̄.lxviij Nō me demergat tēpestas aque: vt expositū est. Subdit.
Neq; absorbeat me profundū.i.infernus.

Scrupulositas quō remoueat. Tob.iij.

§. x. Quō autē remoueat

talis scrupulositas declarandū est nūc reuertēdo ad pri-
mā pte: vbi dr. Saluū me fecit.s.ab hmōi. Saluat ab isto
malo sic et ab aliis ãcīcis principaliter deus. Vñ et dixit sa-
ra vxor Tobie dñs loquēs. Post tēpestatē.s.scrupulositā-
tis tranquillū facis. Saluū autē facit ab hmōi tanq̄ per
instrā ꝑ morales medicos: platos ⁊ ꝯfessores: cōsultores
idoneos. Nō autē debēt scrupulosi dure corripi: sz anima-
ri ad deponendū pusillanimitatē ⁊ scrupulū ostendendo
Septez sunt re ꝑ q̄s erronea cōscientia pōt rectificari. pericula supradicta nisi sequat medici spūalis monitum.
Septē autē sunt regule quarū adminiculo cōsciētia scru-
pulosa seu erronea deponi pōt ⁊ debet: ⁊ sic saluari.

¶ Primū videlz debita ad gratiā dei ꝑparatio.
¶ Scdm solicita sacre scripture indagatio.
¶ Tertiū orationis deuote continuatio.
¶ Quartū opinionis alicuius tuta electio.
¶ Quintū obedientie humilis imitatio.
¶ Sextū scrupuloꝝ animosa abiectio.
¶ Septimū pceptoꝝ discreta epikeizatio.i.interptatio.

Que septem iubet hr̄e eterna sapiētia Prouer.ij. etsi nō
fm ordinē positū di. Si susceperis sermōes meos. subaudi
mō debito quoad septimū: ⁊ mādata mea custodieris pe-
nes te.s.obseruādo: ⁊ sic te ad gratiā ꝑparādo quoad pri-
mū. Si sapientiā inuocaueris.s.ꝑ orōnem: quoad tertiuz
et inclinaueris cor tuū.s.ꝑ obedientiam quoad quintum
prudētie.s.eligēdo opinionē tutā q̄ad quartū. Si q̄sieris
eā q̄si pecuniā: quoad sextū.s.animose abijciēdo scrupu-
la: tūc intelliges timorē dñi ⁊ sciam dei iuenies: q̄ facit re-
Prima regula ctam ꝯsciam. Pria igit regula est: vt q̄s se ad grāz ꝑpara-
ret quārū pōt seruādo mādata dei. de pctis ꝑpetratis dolē-
do ⁊ cōfitendo. Nā q̄cūq; facit qđ in se est fm Tho.in.iiij.
nulli tali abstrahit de⁹ grām: sed infallibilr infundit: ⁊ lu-
mē doni sapie. scie. cōsilij. ⁊ intellect⁹ tribuit q̄bus iuuari
pōt ad depositionez erronee ꝯscie. vñ ipe dicit ꝑ Hiere.c.
iij. Cōuertimini filij reuertētes quārū.s.in vobis est: ⁊ ego
sanabo auersiones v̄ras. Et ꝑ Ezech.c.xviij. Nunq̄d volū-
tatis mee est mors impij: et nō potiº vt cōuertat et viuat.
Et ꝑ Esa.xlix.dicit. Nunq̄d obliuisci pōt mulier infantem
suū vt nō misereat filio vteri sui. Etsi illa oblita fuerit: ego
tñ nō obliuiscar tui. Figurā huiº habes.ij.Reg.xiiij.in ab-
salone fratricida recepto ad grām a pr̄e suo dauid reco-
Secūda regula. prouerbioꝝ.ij. gnita offensa se humiliādo. Scđa regla est solicita sacre
scriptureindagatio. vñ dicit Salo. Si q̄sieris eā q̄si pecu-
niā. amatores mūdi: q̄ studiū hn̄t acq̄rēdi pecunias piece-
prorē querūt pmo bñ doctū: in arte ꝑ quā volūt acq̄rere
pecuniā: vt doceat eos subtilitates ⁊ modos acquirendi:
exinde sunt soliciti ad vidēdū ⁊ recolligēduz libros suoꝝ
cōputoꝝ: auxilia etiā q̄rūt alioruz. Et sic etiā spūalr q̄ri dz
sapia scripturarū diuinarū. vñ Prouerb.i. dr. Audiens sa-
piēs sapiētior: erit. ⁊ intelligens gubernacula possidebit.
Aiaduertet parabolā ⁊ interptationē verba sapientum ⁊
enigmata eoꝝ. Hinc Hiero.ad paulinū. Intellige te in sa-
cris scripturis sine pūio ⁊ mōstrante semitā non posse in-
gredi. Et exēplificat de q̄buslibet artibus: ⁊ de paulo qui
post annos.xiiij.cōtulit cū aplis euāgeliū. ⁊ saluatore no-
stro duodēni interrogāte doctores in tēplo. Deinde deb3
quis assiduº esse in lectiōe scripturarū. vñ Hiero.ad nepo.
Scripturas sepiº lege. immo de manu tua nunq̄ sacra le-
ctio deponat. Disce qđ doceas. In huiº figurā mandauit
dñs Exo.xxviij. vt vectes q̄bus portabatur arca iugiter
anulis ipsiº arce essent inserti: ne cū haberet trāsferri mo-
ra fieret de trāsmittēdis vectibus. Ad signandū q̄ q̄ hn̄t
alios docere: ꝑ q̄s ecclia q̄si circūfertur: debēt ꝯtinuo ad-
herere studio scripturarū fm q̄druplicē sensum signatuz
ꝑ q̄ttuor anulos ne cū hn̄t alios instruere: tūc q̄rant addi-
scere. Tertia ē orōnis deuote ꝯtinuatio. Vñ Ia.i.dr. Si Tertia regula.
q̄s v̄rm idiget sapia postulet a deo q̄ dat oibº affluēter: ⁊
nō improperat ⁊ dabit ei. Sapiēs i se expertº ait Sap.vij. In-
uocaui ⁊ venit in me spūs sapie. q̄ spūs est vnctio q̄ docet
de oibº: vt dr in.i.cano. Ioh.s.necessarijs ad salutē. Sic et
salomon postulās sibi dari sapiam ad recte iudicādū po-
pulū vbi occurrūt multa dubia: obtinuit eā.iij.Reg.iij. Et
iosaphat rex ad dñm inq̄t. Cū ignoremº q̄d agere debea-
mus: hoc solū residui habemus vt oculos nostros diriga-
mus ad te. Et pcipue orō valet ad tollēdū scrupulos qui ij.Paralipo.xx.
ꝓcedūt ex tentatione diaboli: qđ figuratū est Mat.xvij.
in demoniaco lunatico sanato a xp̄o q̄ ꝓijciebat illū obses-
sum q̄nq; in ignē: q̄nq; in aquā. Sic scrupulosus de vno cō-
trario vadit ad aliud: ⁊ de eo dixit q̄ illud genº demonio-
rū eijcit in oratiōe ⁊ ieiunio. Sic btūs petrus martyr ora-
tione liberatº fuit a scrupulo infidelitatis. Quartā regu- Quarta regula.
lā q̄ ꝯplixa est ponemº in fine. Est igit quinta regula obe- Quinta regula
diētie humilis imitatio: vt.s.scrupulosus captiuet intelle-
ctum suū dictis sapiētū ⁊ obediētie superiorū quātūcūq;
scrupulus sibi dicret aliud. Vñ ꝓuerb.iij.dr. Ne innitaris
prudētie tue. Et Tob.iiij. Cōsiliū semꝑ a sapiēte ꝑquire. ⁊
Prouerb.xxij. Ne trāsgrediaris terminos antiquos quos
posuerūt patres tui. Hinc ⁊ cācellarius Parisiē.in.iiij.de
vita aie inq̄t. Vnū hoc generale damº documētū credere
videlz faciliter sapiētiorū ⁊ bonorū iudicio: ⁊ ꝯ cōes eorū
sñias nō leuiter sibimet formare scrupulos anxios ⁊ timi-
dos. Et in libro de vitis patrū pdicatorū narrat: q̄ cū quis-
dā defunctus appareret alteri eiusdē ordinis.s.pdicatorꝝ
q̄ erat multū scrupulosus ipso interrogante de scrupulis
suis. Rñdit defunctº. Cōsule discretos ⁊ acquiesce eis. Si- Responsio Ber. ad scrupulosuz fratrem.
militer legit de quodā discipulo bti Bernardi: q̄ cū non
posset deponere scrupulos suos. ꝓpter qđ ad celebrāduz
non auderet accedere. Dixit ei Bern. Vade frater ⁊ in fi-
de mea celebres. Obediuit ille simplr ⁊ ois ille scrupulº
ꝑpetuo recessit. Sed si q̄s scrupulosus diceret. Vtinā ta-
lis eēt platº q̄lis erat Bernardus: crederē faciliter impe-
ranti ⁊ acq̄escerem ꝯsulenti. Nūc aūt cū superioris mei par-
uam sapiam cōspicio: nō audeo meā ꝯsciam sue fidei com-
mittere. Rñdet cācellarius. Quisquis ita dicis ⁊ sapis er-
ras ⁊ decipieris. Debes ḡ sibi obedire nō vt homini: sz vt
deo iubēti cuius vices gerit. Vnde Luce.x.xp̄s dixit. Qui
vos audit me audit: si tñ nō cōtra deum iusserit. Et cum
causa scrupulositatis: vt dictū est. s. aliqñ ꝓcedit ex quali-
tate cōplexionis pcipue melācolice. aliqñ ex egritudine
superuenīēte maniaca vel melācolia. aliqñ ex indiscreto
vite regimine: puta ꝑ nimias abstinētias: ptinebit ad mo-
ralem medicū rectorē vel confessorem in hmōi adhibere
remedia de consilio medicine: vt scrupulosus seipm vin-
cat. Et si durū videat in assumēdo illa remedia precipue
cōsulta vel data seu imposita ab ipso medico spūali. Dicit
enim Eccli.xxxviij. Altissimus de terra creauit medicinā
et vir prudēs nō abhorrebit eam. Non tñ expedit in oibº
viuere medicinaliter pcipue religiosis. Nā vt dicit Amb.
de cōse.dist.v.cōtraria. Contraria sunt diuine conditionis
precepta medicine q̄ a ieiunio reuocant: lucubrare nō si-
nunt: vigilare nō permittunt: ab omī intentione medita-
tionis abducunt. Nec etiam scrupulosus dz timere vitam
sibi abbreuiare ex obseruatione pceptoꝝ dei ⁊ ecclesie vel
obseruatione sue religionis: dūmodo ex capite suo non
addat alia magis austera. Nam vt dicit Iob. Constituisti Iob.xiiij.
terminos eius: sc3 vite hois: qui preteriri non poterunt. nec
fm ꝓlongationē nec fm abbreuiationem: sed etsi abbre-
uiaret fm causas scdās ⁊ naturales sibi eēt ad cumulū

premij

pcēni nō peccati. illa scʒ faciēdo ad placendū deo: et ꝓm
cōes regulas traditas ab eccłia ⁊ religiōib⁹ approbatas.
Sexta regula. Sexta regula est aīosa pugnatio seu repulsio scrupulo-
rum seu pusillanimitatis. Ad qḋ hortatur dñs Esa. xxxv.
dicēs. Cōfortamini pusillanimes: cōfortamini ⁊ nolite ti-
mere: ecce deus vester. scilʒ adiuuans et illustrās. Unde
Grego. in mora. dicit: ꝙ diabolus assimilat myrmico leo-
ni: qḋ aīal dicit leo formicarū. Nā formicis que minutissi-
me sunt discurrentibus insidiat ⁊ occidit. Sed alia aīalia
grādiuscula itinerādo cōculcāt ⁊ perimūt. Sic diabolus
inuestigat cōplexiones hoim: vt dicit Greg. ⁊ quos videt
parui cordis ⁊ pusillanimes ⁊ scrupulosos ipsos aggre-
ditur ⁊ scrupulis ⁊ vitijs occidit. Sed a magnis spe et vi-
gore rōnis diabolus ipe psternit ⁊ abijcit. Hinc ⁊ Cancel
larius in quodā tractatu suo inquit. Mille surgūt apud
aliquos scrupuli more canū oblatrātes ⁊ lacerare minan
tes ipsos q̄ volunt ire per viā dei: quos cōuincere ⁊ cōpe-
scere melius ꝙ̄ per contemptum neq̄mus. Tantūmodo si
contēptus ille sit timoratus ⁊ regulatus: nō absqꝫ pcio
alterius presertim superioris cōsilio. Et idē in tractatu de
regulis moralibus ait. Consiliū salubre est frequēter age-
re cōtra scrupulos leues ⁊ tepidos. vitādo eos ad aliorū
iudiciū: quatinus ex cōsuetudine fiat homo robustus so-
lidus et tranquillus in exercitio spūali. Sicut etiā si quis
vellet ligamētū distortū ad rectitudinē ducere: oporteret
ꝙ retorqueret ipm ex pte opposita attrahendo: et sic reduci
posset ad rectitudinē. Notādū etiā ꝙ dicit Cācellari⁹ in
quodā trac. ꝙ aliqui doctores tenent q̄bus assentit aliq̄n
nō tāʒ meritoriū esse credere sicut velle credere: nec dole-
re sensualiter de pctis: sicut velle dolere ⁊ non posse. Pro-
Ps. ix. batur hoc per ps. dicētem. Desideriū pauperū exaudiuit
dñs: preparationē cordis eoꝝ audiuit auris tua. Et ita iu
dicat nos de⁹ ꝓm superioris arbitriū volūtatē ⁊ iudiciuʒ: et
nō ꝓm ea q̄ nobis inuitis ⁊ cōtranitētibus portio sensuali
tatis inferior adhesit ⁊ perducit. qualia sunt volubilitas
Uia tu- imaginationū et fantasiaꝝ. Solet aūt īpedire ꝓportionē
tior ē eli- scrupuloꝝ sniā aliquarū autoritatū nō bene intellectarū.
genda. ⁊ ideo declarāde sunt. vt illa que habet ex despō. iuuenis.
scʒ in dubijs tutior via est eligenda. ꝓpter qḋ scrupulosus
eligit viā rigidiorē. Sed ad hoc rñdet ꝙ eligere viā tutio
rē cōsilij est nō precepti. alr̄s oporteret multos ingredi re-
ligionē: in qua tuti⁹ viuit ꝙ̄ in seculo. Non ergo de necessi
tate opʒ tutiorē eligere: qn̄ etiā alia via pōt eligi tuta. Si-
cut em̄ diuerse vie tendūt ad vnaʒ ciuitatē: licʒ vna tutior
alia sit. Sic ad ciuitatē celestē alius sic ali⁹ sic vadit ⁊ tute
licʒ aliq̄s tutiori mō. Itē q: d: Eccli. iij. Qui amat piculuʒ
in illo peribit. Hinc est ꝙ btūs Tho. et alij dicunt ꝙ ille q̄
agit id de quo est dubiū vtrum sit mortale vel non: peccat
mortaliter: q: periculo se exponit mortalis. Cū ergo ī ali-
qua materia morali sunt varie et cōtrarie opiniōes: ille q̄
adheret opinioni latioris vie: videt se exponere periculo
mortalis: q: in dubio: cū possit illa opinio eē falsa ⁊ ꝯtra-
ria vera. Sʒ ad hoc rñdet ꝙ vtiqꝫ ille q̄ agit sciēter id de
quo dubitat esse mortale pmanēte dubitatiōe mortaliter
peccat: etiā si illud in se nō esset mortale: sumēdo ꝓprie et
stricte dubitationē: videlicʒ ꝗ̄ut rōnes sunt eque poderā-
tes ad vtrāqꝫ partē: nec magis declinat q̄s ad vnaʒ ꝙ̄ ad
aliam. Sed si dubitet leuiter q̄s ⁊ ꝑ modūʒ scrupuli: sicut
dubitat seu formidat hn̄s opinionē de aliquo: q: ita inhe-
ret ipsi sniē ꝙ tn̄ formidat de opposito. Sic agēdo ꝯ tale
dubiū nō peccat: dū adheret opinioni alicui⁹ doctoris. et
hʒ rōnes ꝓbabiles ꝓ ipa magis ꝙ̄ ꝓ opposita opinione
etiā si ipa opi. quaʒ tenet nō esset vera: ⁊ hoc nisi ipsa opi.
sumpta esset cōtra manifestū testimoniū scripture vel de-
terminationē eccłie. Talis em̄ nō opat in dubio mortalis
sʒ ꝓm opi. ꝓbabilem. qḋ magis declarabit in septima rła.
Quod etiā Greg. dicit. Bonarū mētiū est ibi etiā culpas
suas cognoscere: vbi culpa nō est. di. v. ad eius. circa finē.
Ad hoc dicit glo. cognoscere. i. timere: ⁊ nō ꝑ assensum sit

mū determinare. Hoc stultum esset ⁊ periculosum ꝓm can
cellariū. Septima regula est ꝓ scrupulorū depositione Septia
preceptorū discreta epykeizatio. i. interpretatio vel decla regula.
ratio. Equitas em̄ quā phs noiat epykeiam prepōderat
iuris rigori ꝓm iurisperitos. Est aūt equitas iusticia pēsa Quid
tis om̄ibus circunstantijs pticularibus: dulcore misericor eq̄tas
die tēpata. Et ait sapiens. Noli esse nimis iustus q̄ perit in Eccłs.
iusticia sua. Pertinet autē ad virtutē epykeie cōsiderare vij.
nō nudū de se preceptuʒ: sed circūstātias oēs pticulariter
ipm vestiētes. Unde phs. v. eth. dicit ꝙ epykeia interpre
tatiua legū est melior ꝙ̄ iusticia legalis. Et ꝓm hanc virtu-
tem epykeie possum⁹ precepta dei eccłie prelatorū seu iu-
dicū benigne interpretari. Et in foro quideʒ cōtētioso ei⁹
est interpretari: cuius est cōdere vel sentētiare. Sed in fo
ro cōscientie circa precepta ⁊ humana ⁊ diuina: dico ꝙ ꝑ-
tinet ad quēlibet ꝓ facto suo: si tn̄ rationabiliter interpre-
tur. Et ꝓm Johā. de amb. septuplex doctrina per virtu- doctrina
tem epykeie scrupulose cōscientie ꝓficua dari pōt. Quarū septu-
prima est: inter duram ⁊ benignā circa ꝑcepta sniaʒ: ꝙ be- plex scru
nigna est poti⁹ ceteris paribus interpretatio facienda. qḋ pulose
etiā asserit Guil. Huius ratio est: quia ꝑcepta dei et eccłie cōsciētie
nō sunt ad tollendā oēm spūalem dulcedinē. qualis certe ꝓficua.
tollit qñ nimis scrupulose ⁊ timide ꝑcepta interpretant.
Scdā doctrina ꝓm virtutem epykeie est: ꝙ nec deus nec
ecclesia per sua precepta intēdit obligare ad vix possibile
alicui. Cū em̄ ꝓm regulam iuris. nemo possit ad ipossibile
obligari. ex̄ de reg. iur. li. vi. nemo. Nō solū dicit ipossibile
qḋ absolute nō est possibile. Sed etiā videt interpretandū
ꝓm virtutē ꝙ epykeie i lege noua esse ipossibile qḋ vix est
possibile: vtputa nimiā hn̄s difficultatē. alr̄s quō saluaret
illud. Onus meum leue. Mat. xi. Tertia doctrina est: ꝙ
nec deus nec ecclesia intēdit suis preceptis aliquē obliga
re ad hoc ꝙ sit fatuus. i. talia ꝑcepta loco ⁊ tēpore nō ob-
ligant quibus eorū obseruātia fieret ridiculosum: saltem
apud discretos ⁊ bonos viros. Patet igit a simili de votꝭ
ex diuino precepto deo reddendis: que tn̄ si stulta sint ꝓm
doc. nullus obligat implere. ad qḋ facit glo. Inno. super
c. nouerit. de sen. excōi. Quarta doctrina est: ꝙ in dubijs Uia bo-
bonorum vita alijs dʒ esse viuendi regula: ⁊ tanto magis norum
quāto meliores sunt. Unde Hiero. ad rusticū monachuʒ alijs dʒ
et hr̄. xvi. q. i. sic viue. Inter bonos semper sectare melio- esse regu
res. ꝓpter qḋ xp̄s discipulos suos vocat sal terre: q: vide- la.
licʒ ex moribus ipsoꝝ populi sunt condiēdi. Et rō hui⁹ re- Mat. v.
gule est: q: tales ꝓm virtutē epykeie ꝑsumi debēt habere
rectū iudiciū: q: hn̄t rectū affectum: sicut sanus bene iudi-
cat de saporibus: q: nō hʒ gustū infectū. Quinta doctri-
na est: q: in his q̄ solū sunt mala: q: ꝓhibita: vt cōiter po-
sitiua ꝑcepta multū excusat vel in toto vel in tāto ꝯsuetu-
do si sit ꝑscripta: immo aliq̄n tollit legē scriptā positiuam
vt di. iiij. in istis. ⁊ c. seq. cuʒ glo. Sicut em̄ epykeia est in-
terpretatiua legū: sic ⁊ consuetudo est optima legū inter
pres. ex̄ de cōsue. cum dilect⁹. Sexta doctrina est quā tra
dit Pe. de palu. in. iiij. sen. ꝙ homo vbi non peccat morta
liter nunq̄ incurrit sniam excōicationis iuris. Cū em̄ per
excōicationē ab hoie nullus debeat eijci ab ecclesia nisi ꝓ
mortali vero vel presumpto ꝓm btm̄ Tho. in. iiij. q: maxia
pena est. Sic etiaʒ cū snia iudicis nō sit iniusta: potest ho-
mo formare sibi cōscientiā ꝙ vbi nō peccat mortaliter: nō
incurrit sniam iuris. Septima est: ꝙ in quocūqꝫ casu ꝑ-
termittens facere hoc qḋ lex iponit: posset excusari a pctō
puta q: hoc facit sine cōtēptu ꝑ virtuteʒ epykeie rōne ali-
cuius piculi cōsiderati: qua pōt fieri qñqꝫ ꝯtra vba legis.
Reuertēdo ad quartam omissam. dico ꝙ ipa est opinio- Quarta
nis alicuius tuta electio. Sunt em̄ aliq̄n de aliquib⁹ ma- regła q̄
terijs moralibus doc. opinionū contrariarū: ⁊ tūc scrupu b ponit
losi dubitāt quā partē possint cū bona conscientia eligere ꝓpt pli-
Pro cuius enodatione difficultatis notandū: ꝙ cū bo- xitatē de
na cōsciētia potest quis tenere vnā partē alicuius opinio qua. ē.
nis: et ꝓm eam operari: excluso saltē scādalo. que scʒ pars

habeat p̄o se notabiles docto. dūmō talis opinio non sit cōtra autoritatē expressam sacre scripture: nec cōtra determinationē ecclie catholice: ꝙ etiā ex cōtrarietate talium opinionū nō inducat ad dubitandū: sed bonā sibi ꝯscientiā ꝛ credulitatē formet de eo qđ credit tanq̄ de ꝓbabiliori parte: et p̄cipue qn̄ quis adhibet diligentiam inq̄rendo an liceat: nec inuenit aliq̄d qđ eū sufficiēter moueat ad hoc qđ sit illicitū.

Doctores etiā sanctiq̄ꝫ contrariant in materia morali ꝛ spirituali.

Qđ sint contrarie opiniōes inter doctores sanctitate ꝛ sciētia maximos in materia morali: aliq̄n etiā ad salutē necessaria p̄ꝫ per exēpla. Nam btūs Tho. in. iiij. tenet ꝙ post lapsum in mortale nō oportet aliquē statim cōfiteri sub precepto habita copia confessoris: nisi in paucissimis casibus q̄ ibi ponunt. di. xvij. Et cum eo tenet Richar. sed Hugo de sancto victore: et btūs Bonauentura sunt in hoc cōtrarie opinionis. Sanctitas aūt et magnitudo sciētie ipsorū nota est toti ecclesie: neutru aūt illorū opinio reprobat. Etsi btī Tho. opinio cōiu a teneatur: que tamē minus tuta videt. Raymūdus decretista ꝛ sctūs. in summa tenet ꝙ participare cū excōicatis maiori in loquela: cibo: et hmōi: in casu non concesso sit mortale vniuersaliter. Sed btūs Tho. in. iiij. ꝛ Jo. an. ꝛ Archidia. tenēt ꝯtrium. Et illud ꝯtrariū cōiter tenet. Et sic exēpla innumera possent poni. Quod aūt dicit btūs Tho. in quolibeto. iij. q. iiij. arti. ij. qn̄ due sunt opiniones contrarie de eodē op̄ꝫ alterā esse verā ꝛ alterā falsam. Si ergo ille qui facit cōtra opinionē magistrorū: vtputa in habendo plures p̄bēdas. faciēs cōtra verā opinionē nō excusat a pctō cū faciat cōtra legē dei: q̄uis nō faciat ꝯtra cōsciētiā. Hec em̄ verba beati Tho. nō p̄nt intelligi: nisi de his vbi manifeste p̄ꝫ ex scriptura vel ecclesie determinatiōe ꝙ sit cōtra legem dei: ꝛ nō de illis intelligit vbi non apparet. alr̄ sibi cōtradiceret in eodē libro qđ nō esset credendū. Itē Vlricus in summa dicit ꝙ si q̄s de aliquo agendo dubio magis peritos cōsulat. de quo nullā h̄ꝫ expressam auctē: vtrū ita sit vel nō: dūmodo formet sibi bonā cōsciētiā: etiā si res aliter se habeat q̄ꝫ id qđ sentit. ꝛ qđ sibi cōsultū fuerit: excusat. q: fecit quod potuit: ꝛ deus plus nō requirit. Itē ex respōsis que videnť data ab Alberto magno habetur ꝙ frater simplex vel quilibet homo cum salute pōt sequi in cōsilijs quācūq̄ opinionem voluerit: dūmodo alicuius doctoris magni opinionē sequat. Hostiē. etiaꝫ dicit ex͂ de cogna. spi. super. c. si vir. vbi sunt diuerse opiniones ꝛ diuersa iudicia semper humanior est preferenda ꝛ equior. Et ad idem facit qđ ait Aug. di. ix. sana. Guil. etiam in

Ignorātia i apicibus iuris est excusabilis

glo. Ray. dicit ꝙ in apicibus iuris vbi dubitāt etiā sapientes excusabilis est ignorantia. Unde si aliquis bona fide partē illā vel istā elegerit nō debet sup hoc habere cōsciētiam nimis scrupulosam. Item Pe. de palu. super. iiij. di. xvij. dicit ꝙ si cōfessor dubitaret vtrum illud de quo confitens nō penitet nec cōfitet esset mortale: ꝛ ipe ꝯfitēs dicit ꝙ cōsilio peritorū illud fecit. de quibus ex vita et sciētia ꝓbabile est ꝙ nō cōsulerent nisi bene: illi iudicio se pōt cōformare. Secus aūt esset si esset certus de opposito. Idē videt sentire Gof. de fontibus. in his scꝫ opinionibus cōtrarijs que tolerātur ab ecclesia: vt dictuꝫ est. Et ꝙ dꝫ proponere cōfitenti ꝙ bene studeat de hoc seipm̄ p̄ prudētes informare: eo ꝙ alij tenent contrariā opinionē. maxime si illius cōtrarie opinionis cōfessor sit inordinarius eius: ꝛ sic eū absolueret. Idē sentit Richar. ꝯtra eū. Nō distiguendo vtrū confessor eius sit ordinarius vel non ordinarius. Idem pōt haberi ex decretali. ex͂ de sen. excō. inquisitioni. tam in tex. q̄ in glo. vbi declaratur qn̄ mulier vxorata incipit per nouā informationē dubitare: an attineat viro gradu ꝓhibito: quō se debeat habere in tali dubio circa exactionē vel redditionē debiti ꝯiugalis. Probat et hoc idē tali ratione s̄m cācellariū. Nō plus nocet hoi errare in articulo fidei q̄ nō est declarat' adhuc ab ecclia ꝙ sit articulus de necessitate credēdus: q̄ necesse posset actus moralis ꝯtra aliq̄d agibile perpetratus: q: actus nō dꝫ esse certus ex scriptura aut determinatione ecclesie ꝙ sit illicit'. Patet hoc ex eo ꝙ fides est tam necessaria sicut virtutes morales: etsi nō amplius. Sꝫ ꝯstat cōmuniter apud theologos ꝙ in materia fidei dū doctores sentiūt cōtraria: licitū est ante determinationē ecclesie tenere vnā partē vel alterā sine periculo pctī vel fidei: vt p̄ꝫ in abbate Joachim q̄ tenebat contrariū ad id qđ mgr̄ sen. dixerat in. i. di. i. lib. p̄ quo magistro sentē. ecclesia postmodū determinauit. ex͂ de sum. trini. dānamus. Nec tn̄ dictus Joachim incidit in heresim aut p̄fidiā ꝓpter hoc q: dicta sua oīa subiecit correctioni ecclesie. Ergo a simili licet vnam opinionē in moralibus tenere: iuxta limitata superius. vbi saltem magis sapientes nō sentiunt cōtrariū: ꝛ vbi paratus est obedire ecclesie ꝛ scripture si ei errorē explanauerit. Solet autem mouere scrupulosus ꝛ detinere illud dictuꝫ Augu. Tene certuꝫ ꝛ dimitte incertū. de pe. di. vij. c. si q̄s. ij. Sed vbi in eadē materia morali sunt cōtrarie opiniones doctorū: illa videt tutior que est rigidior: ꝛ sic potius amplectenda ad qđ instigant scrupulosi. Sed ad hoc r̄ndetur ꝙ Augu. loquitur in. d. c. ꝓprie de eo qui differt penitētiaꝫ vsq̄ ad extremū vite: cuius saluatio dubia est et incerta: nō q: vera penitētia non possit esse in extremis ꝛ deus indulgeat: vt p̄ꝫ in latrone cū xp̄o crucifixo. Sꝫ q: incertū est et dubiuꝫ vtrum talis v̄e peniteat: q: videt moueri principaliter timore gehēne magis q̄ respectu diuine offēse ꝛ diuie gl'ie qđ requirit ad veraꝫ pn̄iam s̄m Aug. de pe. di. vij. nullus. Sed extendatur illa autoritas Augu. ad alias materias morales. Notandū s̄m cancellariū ꝙ certitudo que req̄ritur in materia morali non est certitudo euidentie: sed ꝓbabilis coniecture. Et pro huius declaratione sciendū ꝙ triplex est certitudo.

Triplex est certitudo.

Una supernaturalis. alia naturalis. tertia ciuilis seu moralis. Et certitudo supernaturalis. ita se habet ꝙ non stat aliquem certa sentire ꝛ falli: ꝛ ipsa est triplex. Prima euidentie intuitiua. qualis est btōꝝ superne patrie. Alia est euidētie reuelate: vt in ꝓpheta ruꝫ illustratione. Tertia est solius adherētie in speculo ꝛ in enigmate: qualis est certitudo fidei q̄ nō innitit euidētie rationis humane: sed autoritati diuine q̄ cōtinetur in sacra scriptura. Est aūt quelibet triū certitudinū supernaturaliū tāta: ꝙ per nullā potētiā etiā diuinā et absolutā fallax esse poterit: alioquin deus negaret seipm̄. Certitudo vero naturalis ita se habꝫ: ꝙ nō stat p̄ naturā aliquā taliter assentire ꝛ falli: quā p̄hi nobis posuerūt possibilem in principijs per se notis. cognitis scꝫ ex sola apprehēsione terminorū vt quodlibet est vel nō est. Posuerūt etiā in conclusionibus demōstratiuis ꝛ in cōsequētia euidenti deductis p̄ talia principia quēadmodum dixerūt sciam mathematicaꝫ esse sciam certissimam. Tertia certitudo: scꝫ moralis seu ciuilis: tangitur vna cum p̄cedēti in principio ethicorū. vbi dicit ꝙ disciplina est in vnaquaq̄ re certitudineꝫ querere iuxta exigentiā materie. Eque em̄ vitiosum est persuadētem querere mathematicū ꝛ moralē demōstrantem. Non em̄ cōsurgit certitudo moralis ex euidētia demonstrationis: sed ex ꝓbabilibus cōiecturis grossis ꝛ figurabilibus magis ad vnā partē q̄ ad aliā se habētibus. Dicit aūt probabile qđ pluribus: ꝛ maxime sapiētibus apparet veruꝫ. Ex his igit sequit ꝙ in hūanis agibilibus q̄ tantā h̄nt varietatē: teste Arist. ꝛ experientia: sufficit talis certitudo q̄ nō sp̄ scrupulos oēs abijciat: sed sufficit vt cōtēnat seu superet eos. Ad qđ etiā optimū facit illud Leonis pape dicentis. In his q̄ dubia fuerint aut obscura: id nouerimus sequendū: qđ nec p̄ceptis euāgelicis contrariū: nec decretis sanctoruꝫ patrum inueniatur aduersum. di. xiiij. c. sicut quedā.

In dubijs qd sequēdū

Ista aūt certitudo moralis colligitur ex vno triuꝫ modorū. videlicet ex alterius autoritate: qđ ptinet ad incipientes: qui. s. erudiuntur per alios in doctrinis ꝛ addiscunt ꝛ obediūt. iuxta illud Deutero. xxxij. Interroga patrem tuum ꝛ annunciabit ꝛc. Secūdus modus est ex propria eruditione: qđ congruit proficientibus studendo in

ſcripturis. iuxta illud Prouerbioꝝ. xxvij. Stude ſapiẽtie fili mi. Tertius modus eſt ex circũſpectione circumſtantiarum: ⁊ hoc quoad perfectos.

¶ De actu intellectus. Capitulum. xi.

De actu ĩtellectus. et

primo quomodo cognoſcit anima in corpore. Et quãtũ ad hoc cõſideratio erit tripartita. Primo de cognitione eoꝝ q̄ ſunt infra ſe. Scdo de cognitione eoꝝ que ſunt in ipſa aīa ⁊ de ſe. Tertio de cognitione eorum que ſunt ſupra ipſam.

§. I. Anima cognoſcit corpora

ꝑ intellectũ. Pro cuius declaratiõe dicit btũs Tho. in. j. parte. q. lxxxiiij. art. j. ꝙ primi pħi q̄ de naturis rerum inquiſierũt putauerũt nil eſſe in mũdo niſi corpus. Et q2 videbãt oia corpa eſſe mobilia: ⁊ putabãt eſſe in continuo fluxu: eſtimabant ꝙ nulla certitudo de rerũ varietate haberi poſſit a nobis. Qḋ eñ eſt in cõtinuo fluxu per certitudinẽ apprehendi non pōt. q2 prius labit̃ q̄ꝫ a mente dijudicetur. Sicut Eraclius dixit: ꝙ non erat poſſibile aquã fluuij currẽtis bis tãgere: vt recitat pħs in. iiij. meta. His autẽ ſuperueniẽs Plato vt poſſet ſaluare certã cognitionẽ a nobis veritatis ꝑ intellectũ poſſe haberi: poſuit preter iſta corꝑalia quaſdã ſubſtãtias ſubſiſtẽtes ſeꝑatas a materia ⁊ a motu: quas noiauit ſpẽs vel ydeas: ꝑ quarum ꝑticipationẽ vnũquodq3 ſingulariũ et ſenſibilium iſtoꝝ dicat̃ hõ vel equ9 vel aliq̇d hmõi.

ydee platonis.

Sic ergo dicebat ſciãs et diffinitiones: ⁊ quicq̇d ad actũ intellect9 ꝑtinet: non ad iſta materialia ⁊ ſenſibilia referri: ſed ad illa immaterialia et ſeparata: vt ſic aīa nõ intelligat iſta corꝑalia: ſed intelligat horũ corꝑaliũ ſpẽs ſeparatas. Qḋ apparet eſſe falſum: q2 cum ille ſpecies ſeparate ſint imateriales ⁊ immobiles ſm̄ ipſum excluderet̃ a ſcientijs cognitio et motus materie: qḋ eſt ꝓpriũ ſciẽtie naturalis ⁊ demõſtratio ꝑ cauſas mouentes ⁊ materiales.

Materialia quõ cognoſcuntur.

Dicendũ igit̃ ꝙ aīa ꝑ intellectũ cognoſcit corpora cognitione intellectuali. immateriali. vniuerſali. ⁊ neceſſaria. Sicut eñ forma ſenſibilis alio mõ eſt in re q̄ eſt extra animaꝫ: ⁊ alio modo in ſenſu: qui ſuſcipit formas ſenſibiliũ abſq3 materia: ſicut colorẽ auri abſq3 auro. Sic intellectus ſpẽs corpoꝝ: que ſunt materiales ⁊ mobiles: recipit immaterialiter ⁊ imobiliter ſm̄ modum ſuum. Nam receptũ eſt in recipiente ꝑ modũ recipientis. Quod autẽ Aug. dicit in li. ſoliloquiorũ. corpora intellectu comprehẽdi nõ poſſe: intelligendũ eſt quãtũ ad ea quibus mediãtib9 intellect9 intelligit: non quãtũ ad ea q̄ cognoſcit. Cognoſcit eñ intellect9 corpora: ſed nõ per corꝑa: nec per ſimilitudines corporales ⁊ materiales: ſed ꝑ ſpecies imateriales ⁊ intelligibiles: que per ſui eſſentiã eſſe põt in aīa. Et vt dicit etiaꝫ Aug. vlti. de ciui. dei. Nõ eſt dicendũ ꝙ ſicut ſenſus cognoſcit ſola corꝑalia: ita intellectus cognoſcit ſola ſpũalia: q2 ſequeret̃ ꝙ deus ⁊ angeli corꝑa non cognoſcerent. Huius diuerſitatis rõ eſt: q2 inferior virt9 non ſe extendit ad ea q̄ ſunt virtutis ſuꝑioris: ſed bene ſuꝑior virtus ad ea q̄ ſunt inferioris virtutis excellentiori modo operatur. Quãuis etiaꝫ tranſmutet̃ forma ſubalis rerum inferiorũ: remanet tamẽ materia immobilis rerũ. Rerum etiã mutabiliũ ſunt habitudines ĩmobiles. Sicut ſortes: etſi non ſemꝑ ſedeat: tñ immobiliter verũ eſt ꝙ qñ ſedet in vno loco manet: et propter hoc nihil ꝓhibet de rebus mobilibus immobilem ſcientiã habere.

Aīa intelligit ꝑ intellectum ⁊ nõ per ſuã eſſentiam.

§. II. Anima humana nõ

cognoſcit ꝑ eſſentiã ſuã corꝑa: ſed ꝑ intellectũ ſuũ mediãtib9 ſpeciebꝰ intelligibilibus. Antiq̄ aũt pħi poſuerũt animã ipſam ꝑ eſſentiã ſuã cognoſcere oia. Et q2 cõſiderabãt res inferiores cognitas eſſe corporeas et materiales: poſuerunt etiam oportere res cognitas eſſe in anima cognoſcẽte materialiter. Et ideo vt anime attribuerent omniũ cognitionẽ poſuerũt eam habere naturaꝫ cõẽm cũ oibus. Et q2 natura principiatoꝝ ex principijs conſtituitur: attribuerũt aīe naturã principij. Unde q̄ dixit principiũ oium eſſe ignem: dixit aīam eſſe de natura ignis. Qui dixit eſſe aereꝫ principiũ omniũ: dixit aīam ex aere. Empedocles q̄ poſuit quattuor elemẽta principiũ oim: dixit aīam ex his cõſtitutã. Sed hec eſt falſa opinio. ⁊ eam reprobat Ariſto. in. j. de anima. Quod autem ipſe in. iij. de anima dicit aīam quodãmodo eſſe oia: nõ ex hoc vult dicere ꝙ actu ſit compoſita aīa ex oibus. Sed inquãtũ eſt in potẽtia ad oia per ſenſum ad ſenſibilia: ⁊ ꝑ intellectũ ad intelligibilia. Sol9 ergo deus eſt qui per eſſentiã ſuã intelligit oia: quia eſſentia eius immaterialiter in ſe oia habet: put effectus virtute preexiſtũt in ſua cauſa. Nõ autẽ aīa humana vel angelus ꝑ eſſentiã ſuã cognoſcit oia. Intellectus tñ cognoſcit perfectius q̄ꝫ ſenſus: q2 ſenſus accipit formam rei cognite ſine materia: ſed cũ materialib9 cõditionib9. Intellectus autẽ abſtrahit in cognoſcẽdo nõ ſolũ a materia: ſed etiã a conditionibus indiuiduãtibus materialibus.

§. III. Anima humana nõ

Aīa non hꝫ ſpẽs naturaliter iditas: ſꝫ acq̇ſitas

intelligit ꝑ ſpẽs naturaliter inditas: q2 eas non hꝫ. vnde pħs in. iij. de aīa dicit ꝙ intellectus eſt ſicut tabula raſa in qua nihil eſt ſcriptuꝫ. Pro cui9 declaratione dicit. b. Tho. vbi. ſ. ꝙ nos videmus: ꝙ homo quandoq3 eſt cognoſcẽs in potẽtia tñ: tam ſm̄ ſenſuꝫ q̄ꝫ ſm̄ intellectum. Et de tali potẽtia ad actũ reducit̃: vt ſentiat ꝑ actiões ſenſibiliuꝫ in ſenſu vt intelligat ꝑ diſciplinã aut inuentionẽ. Unde opꝫ dicere ꝙ aīa cognoſcitiua ſit in potentia tam ad ſimilitudines q̄ ſunt principia ſentiendi: q̄ꝫ ſilitudines q̄ ſunt principia intelligendi. Et propter hoc Ariſto. poſuit ꝙ intellectus quo aīa intelligit non hꝫ aliquas ſpecies naturaliter inditas: ſed eſt in principio in potentia ad omnes ſpecies hmõi. Sed q2 id qḋ habet actu formã interdum nõ poteſt agere ſm̄ formã ꝓpter aliqḋ ipedimẽtũ: ſicut leue non põt ferri ſurſum ſi impediat̃. ꝓpter hoc Plato poſuit ꝙ intellectus noſter naturaliter eſt plenus oibus ſpẽbus intelligibilibus: ſed per vnionẽ corꝑis impedit̃ ne poſſit in actũ exire. Sed hoc nõ videt̃ cõuenienter dictum: q2 ſi habet aīa naturalẽ cognitioneꝫ omniũ: non videtur eſſe poſſibile ꝙ hmõi noticia naturalis habeat tãtã obliuionẽ ꝙ neſciat ſe hmõi ſciam habere. Nullus eñ obliuiſcat̃ ea que naturaliter cognoſcit. Sicut ꝙ omẽ totuꝫ eſt mai9 ſua parte. et precipue eſt hmõi inconueniens: ſi ponatur naturale eſſe aīam vniri corpori. Apparet etiam inconueniens iſtud ex hmõi: q2 deficiẽte vno ſenſu: deficit ſcia in hoie eorum que apprehendunt̃ per illuꝫ ſenſum. Sicut cecus natus nullã habere põt noticiã de coloribus. Qḋ non eſſet ſi naturaliter omniũ rerũ intelligibiliũ rationes aīa haberet. Intellectus autẽ angelicus a ꝓncipio ſue creationis fuit repletus hmõi ſpẽbus intelligibilib9: quib9 intelligit perfecte. Unde in libro de cauſis dicit̃. Ois intelligentia eſt plena formis: ſcꝫ angeli: nõ autẽ hominis.

§. IIII. In aīam nõ effluũt

Bene hꝫ aīa ſpẽs intelligibiles.

ſpẽs intelligibiliũ ab aliquibus formis ſeparatis: vt dixerũt q̇dã: ſcꝫ Plato ⁊ Auicẽna. Sed alio: ⁊ alio modo. Nã vt ponit beatus. Tho. in. j. parte. q. lxxxiiij. arti. iiij. Plato dixit formas rerũ ſenſibiliũ ꝑ ſe ſine materia ſubſiſtẽtes: ſicut formã hoīs quã noiabat per ſe hoieꝫ ⁊ formã equi ſeu ydeã quã per ſe noiabat equum: et ſic de alijs. Has igitur formas ſeꝑatas dicebat participari ab aīa nr̃a ad cognoſcendũ ⁊ a materia corꝑali ad eſſendũ. Et ita intellectus noſter ꝑ hoc ꝙ ꝑticipat ydeam lapidis: intelligit lapidem. Participatio autẽ ydee eſt per aliquaꝫ ſimilitudinẽ ipi9 ydee in ꝑticipãte ipam ꝑ modum quo ab exẽplato participatur exemplar. Et ſic ponebat ſpẽs intelligibiles intellectus nr̃i eſſe ſimilitudines quaſdã ydearũ ab eis effluentes. Sed Ariſto. ꝓbat eſſe cõtra rationẽ rerũ ſenſibiliũ ꝙ

carū forme subsistāt absq; materia. Auic. autē remota hac positione platonis posuit oim rerū sensibiliū spēs intelligibiles: nō q̄dē ꝑ se subsistere absq; materia: sed preexistere immaterialr̄ in intellectibus separatis: a quoꝝ primo deriuant̄ hm̄ōi spēs i sequētē: ⁊ sic de alijs vsq; ad vltimū intellectū quē noīat intellectū agētē: a quo vt ipe dicit effluūt spēs itelligibiles in aīas nr̄as: ⁊ forme sensibiles in materiā corꝑalē. Sed sm̄ hāc positionē sufficiēs ratio nō posset assignari q̄re aīa nr̄a corpi vniret̄. Non eni pōt dici ꝙ vniat̄ aīa ꝑpter corpus: q: nec forma est ꝑpter materiā nec motor: ꝑpter mobile: sed potꝰ econuerso. Maxime autē est corpus necessariū aīe intellectiue ad operationez eius ꝑpriā: que est intelligere: q: sm̄ esse suū a corꝑe non depēdet. si aūt spēs intelligibiles esset apta nata recipere naturaliter per influentiā aliquoꝝ separatoꝝ principioꝝ tm̄: ⁊ non acciperet eas a sensibus: non indigeret corpore ad intelligēdū. Vn̄ frustra corpi vniret̄. Si autez dicat̄ ꝙ aīa indiget sensibꝰ ad intelligendū: quibus quodāmodo excitet̄ ad considerandū ea quoꝝ spēs intelligibiles accipit a substantijs separatis: hoc nō videt̄ sufficere. q: hm̄ōi excitatio nō videt̄ necessaria: nisi ad excitandā aīam q̄si consopitā ⁊ obliuiosam sm̄ platonicos. Et sic sensus non proficerent aīe intellectiue: nisi ad tollēdū impedimentū quod ꝓuenit aīe ex corporis vnione. Remanet ergo querendū que sit causa vnionis aīe ad corpus. Patet etiam falsitas hui9 et hoc ꝙ qui deficit vno sensu: caret sciētia sensibiliū illius sensus: qd̄ nō esset si ex intellectibus separatis effluerent solū spēs intelligibiles in aīam. Et q: omne qd̄ ꝑ participationē est tale: reducit̄ in aliqd̄ principiū qd̄ ꝑ essentiā est tale: vt ignita reducunt̄ sicut in causam in ignem: ideo spēs intelligibiles quas participat intellectꝰ noster reducunt̄ sicut in cām primā in aliquod principiū quod per essentiam est intellectuale. scz deū: ⁊ ab illo principio ꝓcedūt mediantibꝰ formis sensibiliū rerum et materialiū a quibus scientiā colligimus. vt dicit Dionysius.

§. V. Anima intellectiua

Quid ē cognosci cognoscit res materiales in rationibus eternis. Pro cuin rōnibꝰ ius declaratione dicit btūs Tho. vbi. s̄. ar. v. ꝙ pꝰi si qua eternis. dixerūt vera et fidei nostre accommoda tanq̄ ab iniustis possessoribus in vsum nostrum vendicāda sunt. Simulata vō ⁊ superstitiosa coꝝ vitari debēt. Augu. ergo q̄ ibutus fuit doctrinis platonicoꝝ: si qua inuenit fidei accommoda in eoꝝ dictis assumpsit: fidei autez nr̄e aduersa in melius cōmutauit. Quia igit̄ plato posuit formas rerum ꝑ se subsistere a materia sepatas quas ydeas vocabat: ꝑ quarū pticipationē dicebat intellectū nostrū intelligere: hoc autē alienū est a fide nr̄a. Ideo August. in lib. lxxxiij. questionū loco harū ydearū quas Plato ponebat posuit rationes omniū creaturarū esse in mente diuina sm̄ quas

Aliq̄d d̄r i alio cognosci dupliciter. oia formant̄: ⁊ sm̄ quas etiā nr̄a oia cognoscit. Sed sciēdum ꝙ aliquid in aliquo cognosci dicitur dupliciter. Uno modo sicut in obiecto vel subiecto cognito. Sicut aliquis videt in speculo omnia que in speculo representantur. Et hoc modo aīa nostra in statu vite pn̄tis non videt oia in rationibus eternis. Sed in eis oia cognoscunt beati qui deuz vident ⁊ oia in eo. Alio modo d̄r cognosci aliquid in aliquo sicut in cognitionis principio. Sicut si dicamus ꝙ in sole videntur omnia que videntur per solem. Et sic necesse est dicere ꝙ anima nostra in rationibus eternis omnia cognoscit per pticipationē earum. Ipm̄ eni lumen intellectuale qd̄ est in nobis non est aliud: nisi quedam participata similitudo luminis increati in quo cōtinentur ra-

ps. iiij. tiones eterne. Unde in ps. dicit̄. Multi dicūt quis ostendit nobis bona. Cui questioni respondens psalmista ait. Signatum est super nos lumen vultus tui dn̄e. quasi diceret per sigillationē ipam diuini luminis oia nobis demōstrantur. Quia tamen preter lumē intellectuale in nobis exiguntur species intelligibiles accepte a rebus sensibilibus: vt de eis sciētiā habeamus: ideo nō per solam participationē rationū eternarū de rebus materialibꝰ noticiam habemꝰ: sicut platonici posuerūt ꝙ per solā participationē ydearū scientiam haberemus.

§. VI. Intellectiua cognitio

accipit̄ a rebus sensibilibus: nō tm̄ totaliter et perfecte sed quedaz est materia media cause cognitionis: sm̄ illud pꝰi in. j. metaphysice. Ois nostra cognitio ortum habet a sensu. Pro cuius declaratione dicit. b. Tho. vbi. s̄. arti. vj. ꝙ circa hec fuit triplex opinio pꝰoꝝ. Democritus dixit ꝙ nulla alia est cā nostre cognitionis: nisi cuz ab his corꝑibꝰ que cogitamꝰ veniūt atq; subintrāt imaginatiōes in aīas nr̄as. Et sic posuit iste cognitionē nr̄am fieri ꝑ idola et defluxiones. vt Aristo. dicit de eo in lib. de somno et vigilia. Et hm̄ōi positionis rō fuit: q: ipe ⁊ āntiqui nō ponebāt intellectū differre a sensu. Plato vō posuit itellectū esse virtutem imaterialē organo corporeo nō vtētē: ⁊ intellectualē cognitionē a sensibili non ꝓcedere. sed per participationē ydeaꝝ: vt dictū est. s̄. Nec etiā sensibilē cognitionē a sensibilibus ꝓcedere: sed ꝙ solū sensibilia excitāt aīam ad sentiēdū: sicut etiā ad intelligendum. Aristo. autē media via ꝓcessit. posuit q̄dē cū Platone differre intellectū a sensu. Et cū democrito ꝙ opationes sensitiue ptis causent̄ ꝑ impressionē sensibiliū in sensu. Sed non tm̄ ꝑ modū defluxionis vt democritus posuit: sz per quādā opationē. Intellectū vō posuit hr̄e opationē absq; cōicatione corꝑis. nihil aūt corporeū imprimere pōt in rē icorporeā. Et ideo ad causandū intellectualē opationē: nō sufficit impressio sensibiliū corpoꝝ: sed req̄rit̄ aliq̄d nobiliꝰ: eo ꝙ agens est nobiliꝰ patiēte. Id autē supiꝰ ⁊ nobiliꝰ est sm̄ Aristo. intellectꝰ agens de quo. s̄. Hic facit fantasmata accepta a sensibꝰ intelligibilia in actu ꝑ modū abstractionis cuiusdā. Scd̄m hoc ergo intellectualis cognitio a sensibilibus causat̄ ex pte fantasmatū. Sed q: fantasmata nō sufficiūt immutare intellectuz possibilē: opz ꝙ fiant intelligibilia in actu ꝑ intellectū agentē. Et ideo non pōt dici ꝙ cognitio sensibilis totalis ⁊ ꝑfecta causa sit cognitionis intellectualis.

§. VII. Intellectus humanus

Ad intellectionē req̄rit̄ cōuersio intellectus ad fantasmata. nō pōt actu intelligere ꝑ spēs intelligibiles quas penes se habet: nisi cōuertēdo se ad fantasmata in vita pn̄ti. Unde pꝰus in libro de aīa dicit. ꝙ nihil intelligit aīa sine fantasmate. Et cōtrariū dicit beatus Tho. vbi. s̄. arti. vij. esse impossibile. quod sm̄ ipm̄ apparet duobus indicijs. Primo quidē q: cū intellectus sit q̄dā vis nō vtēs organo corꝑali: nullo modo impediret̄ a suo actu ꝑ lesionē alicuius organi corꝑalis: si nō req̄reret̄ ad actū eius actꝰ alicuius potētie vtentis organo corꝑali: vt sensus: imaginatio: ⁊ alie vires pertinētes ad ptē sensitiuā. Unde manifestū est ꝙ ad hoc ꝙ intellectus actu intelligat: nō solū accipiēdo sciam de nouo. sed etiā vtēdo sciā iam acquisita: requirit̄ actus imaginationis ⁊ ceteraruz virtutū. Videmꝰ eni ꝙ impedito actu virtutis memoratiue: vt accidit in lethargicis: ꝑ lesionē organi corꝑalis: impedit̄ homo ab intelligēdo in actu: etiā ea quoꝝ iam sciam habuit. Secundo quia hoc quilibet in seipo experiri pōt: ꝙ q̄n aliquis conatur aliq̄d itelligere: format sibi aliqua fantasmata per moduz exēploꝝ: in q̄bus quasi inspiciat qd̄ intelligere studet. Et inde est ꝙ q̄n volumꝰ aliquē facere intelligere aliquid ꝓponimꝰ ei aliqua exēpla: ex q̄bus sibi fantasmata formare possit ad intelligēdū. Huius autez ratio est: quia potētia cognoscitiua ꝓportionat̄ cognoscibili. Unde itellectus angeli q̄ est totaliter a materia separatus obiectuz ꝓpriū est suba intelligibilis a corꝑe separata. et per hm̄ōi intelligibile materialia cognoscit. Intellectꝰ vō humani qui est cōiūctus corpori est obiectū ꝓpriū quidditas seu natura in corporali exn̄s materia: ⁊ per hm̄ōi naturas visibiliū rerū cognoscit: ⁊ etiam ad aliqualem noticiā inuisi-

billiū ascēdit. De rōne autē huius nature est ꝙ in aliq̄ indi
uiduo existat: qḋ non est absq̧ corꝑali materia. Sicut de
rōne nature equi est ꝙ sit in hoc equo: ⁊ sic de aliīs. Unde
natura lapidis vel cuiuslibet rei in materia corꝑali existis
nō potest cōplere ⁊ ꝟe cognosci: nisi ſm ꝙ cognoscit vt in
particulari existēs. Particulare aūt apprehendimus per
sensum ⁊ imaginationē. Et ideo necesse est ad hoc ꝙ intel
lectus intelligat suū obiectū ꝓpriū: ꝙ cōuertat se ad fan-
tasmata: vt speculet naturā vlem in ꝑticulari existentem.
Nec sufficit cōseruatio spērum intelligibilium in intellectu
possibili ad hoc ꝙ actu intelligat: ſꝫ opꝫ ꝙ eis vtatur ſm
ꝙ cōuenit reb⁹: quarū spēs sunt nature in particularibus
existentes. Incorporea aūt quoꝝ nō sunt fantasmata co-
gnoscunt a nobis ꝑ cōparationē ad corporalia sensibilia
quorū sunt fantasmata. Deū autē vt dicit Dioñ. cognosci-
mus vt ꝑ causam: per excessum: ⁊ ꝑ remotionē. Alias etiā
substantias incorporeas in statu vite p̄sentis cognoscere
nō possumus: nisi ꝑ remotionē vel aliquā cōparationem
ad corporalia. Et ideo cū de hmōi aliquid intelligimus:
necesse habemus conuerti ad fantasmata corporum: sed
ipsorum non sunt fantasmata.

§. VIII. Judiciū intellect⁹

impedit ꝑ ligamētū sensus. Un̄ Aug. dicit ꝙ in dormiēdo
Judiciū intellect⁹ impedit ꝑ ligamē tū sensus
ea q̄ ꝯtra licitos mores cōtingūt nō imputant ad peccm̄. qḋ
nō esset si hō haberet liberū vsum rōnis et intellectus. qḋ
etiā sic declarat. d. Tho. vbi. s̄. ar. viij. Proprium obiectum
intellectui nr̄o ꝓportionatū est natura rei sensibilis: ꝑfe-
ctū autē iudiciū de re dari nō potest: nisi oīa q̄ ad rē ꝑtinēt
cognoscant. Un̄ impossibile est ꝙ sit in nobis ꝑfectū iudi
ciū intellect⁹ cū ligamēto sensus: ꝑ quē rerum spēs cogno
Sōnus ligat sensus.
scim⁹. Sed sciendum ꝙ sensus ligatur in dormientibus
ꝓpter euaporationes quasdā ⁊ fumositates resolutas. vt
dicit in li. de som. ⁊ vi. Et ideo ſm dispositionē hmōi eua
porationū cōtingit esse ligamētū sensus maius et minus.
Qn̄ eñ multus fuerit mot⁹: ligat non solū sensus: ſꝫ etiā
imaginatio vt nulla appareāt fantasmata: sicut precipue
accidit cū aliq̄s incipit dormire post multū cibū ⁊ potum.
Si ꝟo motus vapoꝝ fuerit aliquātulū remissior: apparent
fantasmata: sed distorta ⁊ inordinata: vt accidit in febrici-
tātibus. Si ꝟo adhuc motus magis sedet apparent fan-
tasmata: sed magis ordinata: sicut maxime solet accidere
in dormitionis fine: ⁊ in his q̄ sunt sobrij: et q̄ habēt fortē
imaginationē. Si aūt modicus fuerit mot⁹ nō solū imagi
natio remanet libera: ſꝫ etiā ipse sensus cōis soluit ex par-
te: ita vt hō in dormiēdo interdū iudicet somnia esse q̄ videt
quasi diiudicās inter res et rerū similitudines: sed tn̄ ex aliq̄
parte remanet sensus ligatus. Et ideo semꝑ licꝫ aliquas
similitudines discernat a rebus: in aliquib⁹ tn̄ decipitur.
Sic igit per modū quo in dormiendo soluit sensus et ima
ginatio: sic etiā liberatur iudiciū intellectus: non tn̄ ex to-
to. Unde illi qui dormiendo syllogizant cum excitantur
semꝑ recognoscūt se in aliquo defecisse.

§. IX. De modo et ordine

Quō intellect⁹ abstrahit spēm a fantasmate.
intelligēdi. Et p̄mo ꝙ intellectus noster intelligat abstra
hendo a fantasmatib⁹ ⁊ quō. Pro cui⁹ declaratione dicit
Tho. in. j. parte. q. lxxxv. ar. j. ꝙ intellect⁹ noster medio mo-
do se habet inter sensum nostrū ⁊ intellectū angelicū. Nō
eñ intellectus est actus alicuius organi corꝑalis sicut est
sensus: ⁊ ideo ꝓpriū ipsius sensus est cognoscere formam
in materia corꝑali indiuidualr̄ existētē: sicut colorē in ista
vel in alia re ꝑticulari. Nec etiā ipse intellect⁹ nr̄ est actus
alicui materie corporali non cōiūctus: sicut est intellectus
angelicus. Et ideo angelici intellectus obiectū est forma
sine materia subsistens. Quāuis eñ etiam materialia co-
gnoscat: nō tn̄ ea nisi in immaterialibus intuet. s. vel in se
ipsis vel in deo. Sed cū intellect⁹ nr̄ sit ꝟtus aīe q̄ est for-
ma corꝑis: ideo ꝓpriū ei⁹ est cognoscere formam in mate-
ria corporali indiuidualiter existētem: nō tn̄ ꝓut sunt in ta
li materia. Cognoscere aūt id qḋ in materia idiuiduali est
nō ꝓut est in tali materia: est abstrahere formā a materia
indiuiduali: quā repn̄tāt fantasmata. Et ideo necessariū
est dicere ꝙ intellectus nr̄ intelligit immaterialia abstra-
hendo a fantasmatib⁹. Et ꝑ materialia considerata deue-
nit etiā in cognitionē aliqualē immaterialiū. sicut econuer-
so angeli materialia cognoscūt ꝑ immaterialia. Ad decla-
Intellect⁹ abstrahit duobus modis.
randū ꝟo modū huius abstractionis sciēdū ſm Tho. vbi
s̄. ꝙ dupl̄r contingit intellectū abstrahere. Uno modo ꝑ
modum compositionis ⁊ diuisionis: sicut cum intelligim⁹
aliquid non esse in alio vel esse separatum ab eo. Alio mo
do per modū simplicis ⁊ absolute considerationis: sicut
cū intelligimus vnū nihil cōsiderādo de alio. Abstrahere
ergo ꝑ intellectū ſm primū modū abstrahēdi ea q̄ ſm rē
nō sunt abstracta: nō est absq̧ falsitate. Sed abstrahere ꝑ
intellectū scḋo modo q̄ ſm rē nō sunt abstracta: nō est cū
falsitate. sicut ⁊ videm⁹ in sensibus. Si eñ intelligim⁹ vel
dicimus colorē non esse in colorato corpe vel esse separatū
ab eo: est falsitas in opinione ⁊ in locutione. Sed si consi-
deremus colorē ⁊ ꝓprietatē eius nihil considerādo de po
mo colorato: erit absq̧ falsitate opinionis. Pomū eñ nō
est de rōne coloris: ⁊ nihil ꝓhibet intelligi colorē nihil in
tellecto de pomo. Silr̄ ea q̄ ꝑtinēt ad rōnē speciei cuiuscū
q̧ rei materialis: puta lapidis aut hoīs et alia hmōi: pñt
cōsiderari sine pn̄cipijs idiuidualib⁹: que non sunt de rōne
spēi. Et hoc est abstrahere vl̄e a particulari: vel spēm intel
ligibilē a fantasmatib⁹ cōsiderare. s. naturā spēi sine indi-
uidualiū cōsideratione principiorū: que per fantasmata re
presentant. Si ergo obijciat ꝙ intellect⁹ est falsus intelli
gēdo rē aliter q̄ꝫ est. Rn̄det ꝙ verū est si aliter referat ad
rem intellectā. Tūc eñ intellect⁹ est falsus qn̄ intelligit rē
aliter esse q̄ꝫ sit. Sicut si abstraheret spēm lapidis a mate-
ria vt intelligeret eā nō esse in materia. Sed si aliter refe
rat et pte intelligentis est intellect⁹ absq̧ falsitate. est eñ
hoc absq̧ falsitate vt sit ali⁹ modus itelligendi q̄ꝫ modus
rei in existēdo: q: intellectū est in intelligēte imaterialiter
ꝑ modū itellect⁹: nō aūt materialr̄ ꝑ modū rei materialis

§. X. Fit autem hec abstra

Ab q̄ materia fit abstractio.
ctio a materia indiuiduali: nō a materia cōi. Est eñ mate-
ria cōis et signata seu indiuidualis. Cōis vt caro et ossa.
Indiuidualis vt hec caro hec ossa. Intellect⁹ autē ita ab-
strahit a materia indiuiduali ad intelligēdū spēm rei sen
sibilis: ꝙ nō abstrahit a materia cōi. s. cōsiderādo hominē
cum carnibus ⁊ ossibus in cōi: sed nō his carnibus et ossi-
bus. Et quia fantasmata cū sint particularium: nō possunt
imprimere suā virtutē intellectui possibili: ideo virtute in-
tellectus agentis resultat quedā similitudo ab intellectu
possibili ex cōuersione intellectus agētis supra fantasma
ta: que q̄dē est repn̄tatiua eoꝝ quorū sunt fantasmata so-
lum quātū ad naturā spēi: ⁊ per hūc modū dicit abstrahi
spēs intelligibilis a fantasmatib⁹. Nō ꝙ eadē numero for
ma q̄ prius fuit in fantasmatibus: postea fit in intellectu
possibili ad modū quo vnū corpus accipit ab vno loco et
trāsfertur ad aliū. Illuminātur autē fantasmata ab intel
lectu agēte: ⁊ iterū ab eis ꝑ virtutē intellectus agentis spe
cies intelligibiles abstrahuntur. Abstrahit eñ intellectus
agens spēs intelligibiles a fantasmatib⁹ inquātū per vir
tutem intellectus agentis accipere possumus in nr̄a cōsi
deratione naturas spērū sine conditionibus indiuiduāti
bus: quarū similitudinib⁹ intellectus possibilis format.
Quāuis autē intellectus abstrahat species a fantasma
tibus: inquantū cōsiderat naturas rerū indiuidualiū: tn̄
Spēs intelligibilis. est id q̄ intelligitur.
intelligit eas in fantasmatibus: q: nō pōt intelligere etiā
ea quorū spēs abstrahit: nisi cōuertēdo se ad fantasmata.
Species a fantasmatibus abstracta nō se habet ad intel-
lectum sicut illud quod primo intelligitur: sed sicut illud
q̄ mediāte aliq̄d intelligit. Nam si ipe spēs intelligibiles

essent illud qđ intelligitur circa aliquā rem: quod quidaʒ dixerūt: sequeret̄ hoc ꝙ sciē oēs nō essent de rebus q̄ sunt extra aīam: sed soluʒ de spēbus intelligibilibus q̄ sunt in aīa. qđ oīno est falsum. Nā sciē sunt de rebus q̄ sunt extra aīam: et ea intelligim̄ de q̄bus sunt sciē. Se hʒ ergo spēs intelligibilis ad intellectuʒ nostrū sicut id quo intelligit̄. non sicut illud qđ principalr̄ intelligit: sicut similitudo rei visibilis qua informat̄ oculus cuʒ videt se hʒ ad visum vt id quo videt: nō sicut id qđ videt. Nā id qđ videt est extra oculū. s. res colorata. Sʒ q2 intellect9 supra seipm̄ reflectit̄ fm̄ eandē reflectionē intelligit ꝛ suū intelligere ꝛ speciez per quas itelligit. Et sic spēs intellecta est secūdario id qđ intelligit̄. Primo eñ est res cuius spēs intelligibilis est similitudo id qđ intelligit̄. Et hoc etiā pʒ ex antiquoꝝ opinione q̄ ponebāt simile ꝑ simile cognosci. Ponebāt eñ ꝙ aīa per terrā q̄ est ī ipa: terrā cognoscit q̄ est extra ipam. et sic de aliis. Si ergo accipiamus spēm terre loco terre fm̄ doctrinam Aristo. qui dicit ꝙ lapis non est in aīa: sed species lapidis: seq̄retur ꝙ aīa ꝑ spēs intelligibiles intelligit que sunt extra ipam. Et sic in pte sensitiua reperit̄ duplex opatio. Una fm̄ solā immutationē: ꝛ sic ꝑficit̄ opatio sensus per hoc ꝙ imutatur a sensibili. Alia opatio est formatio fm̄ ꝙ vis imaginatiua format sibi aliquod idolum rei absentis: vel etiaʒ nunq̄ vise. Ita accidit in intellectu. Sʒ in eo vtraq3 opatio ꝯiungit̄. Nam primo ꝯsiderat̄ passio intellectus possibilis: fm̄ ꝙ informat̄ specie intelligibili: qua quidē informat9 format sibi scđo vel diffinitioneʒ vel diuisionē aut cōpositionē que per voceʒ signant̄. Cum ergo pħs dicat. j. perihermenias. ꝙ voces sunt note earum que sunt in anima passionuʒ. intelligitur ꝙ signāt ea que intellectus sibi format ad iudicandū de rebus exterioꝛib9 nō autem species intelligibiles.

iij. de aīa

§.XI. Cognitio singulari

cognitio vl' sīn scđ'tur cognitionē ꝑticulariū.

um est prior q̄ad nos q̄ cognitio vniuersaliū. Et rō est: q2 cognitio intellectiua q̄ est vniuersalium aliquo modo habet ꝑmordiū a sensitiua: ꝛ q2 sensus est singulariū intellectus vniuersalium: ideo quoad nos opʒ ꝙ prior sit cognitio singulariū q̄ vniuersaliuʒ. Sed fm̄ se ꝛ simpliciter cognitio vniuersaliū est prior cognitione singulariū: ꝛ cognitio magis cōis minus cōi. Rō est: q2 intellectus nr̄ cuʒ procedat de potētia in actū: ꝛ oē qđ ꝓcedit de potentia in actū prius ꝑuenit ad actū incōpletū: q̄ est medi9 inter potētiā ꝛ actū: q̄ ad actuʒ ꝑfectū. Actus aūt perfect9 ad quē ꝑuenit intellectus est sciā cōpleta: ꝑ quā res distincte ꝛ determinate cognoscunt̄. Actus imꝑfectus est sciā incōpleta: ꝑ quaʒ res sciunt̄ sub quadā cōfusione. Dicit autē pħs. j. phyſi. ꝙ sunt nobis primū manifesta ꝛ certa confusa magis: posterius autē cognoscim9 distinguēdo magis distincte principia ꝛ elemēta. Prius eñ occurrit in intellectu nr̄o cognoscere aīal: q̄ cognoscere hoīem. Et idē est de cognitiōe sensitiua fm̄ locū ꝛ tp̄s. Nā prius cognoscit̄ a remotis aliq̄d esse animal q̄ esse homo: et prius esse homo q̄ sortes. fm̄ tp̄s: q2 puer prius distinguit hoīeʒ a non hoīe: q̄ hunc hominē ab alio distinguat. b. Tho. vbi. s̄. arti. iij.

§.XII. Intellectus noster

Quō autē multa pn̄t simul intelligi.

pōt multa simul itelligere ꝑ modū vnius. nō autē multa ꝑ modū multoꝝ. dico autē ꝑ modū vni9 vel multoꝝ ꝑ vnā scʒ vel plures spēs intelligibiles. Rō est: q2 modus cuiuslibet actionis ꝯsequit̄ suā formā q̄ est actionis principiuʒ. Quecunq3 ergo intellectus pōt intelligere sub vna specie pōt simul intelligere: et inde est ꝙ deus oīa simul videt ꝑ vnū qđ est essentia sua. Quecunq3 vō intellectus ꝑ diuersas spēs intelligit: nō simul intelligit. Huius rō est: q2 impossibile est ideʒ subiectū ꝑfici plribus formis vni9 gn̄is ꝛ diuersaꝝ spēꝝ: sicut impossibile est ꝙ idē corpus fm̄ ideʒ coloret̄ diuersis coloribus simul: vel figuret̄ diuersis figuris. Oēs autez spēs intelligibiles sunt vnius gn̄is: q2 sunt ꝑfectiones vnius potētie intellectiue: licʒ res quarū sunt species sint diuersorum generum. Impossibile est ergo ꝙ idem intellectus ꝑficiat̄ diuersis speciebus intelligibilib9 ad intelligendū diuersa in actu.

§.XIII. Intelligit autē in-

Intellectus itelligit cōponēdo ꝛ diuidēdo.

tellectus noster componēdo et diuidēdo fm̄ Tho. vbi. s̄. arti. v. Cum eñ intellectus humanus exeat de potētia in actū: similitudinē quandā habet cū rebus gn̄abilib9: que nō statim suā ꝑfectionē hn̄t: sed successiue eam acquirūt. Et similiter intellectus humanus non statim in ꝓpria apprehēsione capit ꝑfectā cognitionē rei. Sed primo apprehēdit aliquid de ipsa re. s. quidditatē rei: que est ꝓpriuʒ et primū obiectū intellectus. deinde intelligit accidentia et ꝓprietates et habitudines circūstantes rei essentiam. Et fm̄ hoc necesse habet apprehensum vnū aliis cōponere ꝛ diuidere: et ex vna cōpositione ꝛ diuisione ad aliā ꝓcedere qđ est ratiocinari. Intellectus autez diuinus et angelicus se habēt sicut res incorruptibiles: que statim a principio habēt totam suaʒ ꝑfectionem. Unde intellectus diuinus ꝛ angelicus statim perfecte cognitionē totam rei habent in cognoscēdo quidditatem rei: cognoscit de re quicquid nos componendo ꝛ diuidendo ꝛ ratiocināndo possumus intelligere absq3 hoc ꝙ componat diuidat vel ratiocinetur. Intellectus noster circa ꝓpriū obiectū eius: scʒ quidditatē rei per se loquēdo non pōt esse falsus: sed circa ea que circūstant essentiam rei fm̄ beatum Tho. vbi. s̄. arti. vj. Unde pħs in. iij. de anima. quantuʒ ad hoc assimilat intellectū sensui. Sensus enim circa ꝓpriū obiectū nō decipitur: sicut visus circa colorem: nisi forte per accidens ex impedimento circa organum contingente: sicut gustus febricitātiū dulcia iudicat amara: ꝓpter hoc ꝙ lingua malis humoribus est repleta. Circa sensibilia vō communia decipitur sensus: sicut in magnitudine ꝛ figura iudicando vt cum iudicat quis solem esse pedalem: qui tamen maior est terra. Et multo magis decipitur circa sensibilia ꝑ accidens: vt cum iudicat fel esse mel ꝓpter coloris similitudinem. Et huius ratio est in euidenti: quia ad proprium obiectum vnaqueq3 potentia per se ordinatur fm̄ ꝙ ipsa: q̄ autem sunt huiusmodi semper eodem modo se habent. Unde manente potentia non deficit eius iudicium circa proprium obiectum. Obiectū autem intellectus ꝓpriū est quidditas rei. Unde circa quidditatē rei non fallitur. Sed circa ea que circūstant quidditatem rei falli potest: dum vnum ordinat ad aliud: vel componēdo: vel diuidēdo: vel ratiocinando. Et propter hoc circa illas propositiones intellectus errare nō potest: que statim cognoscūtur cognita terminorum quidditate: sicut accidit circa prima principia. Circa conclusiones tamen per accidens cōtingit intellectum decipi. Circa vō quidditatem in rebus cōpositis contingit intellectum decipi: non ex pte organi: quia intellectus non est vtēs organo corꝑali: sed ex parte compositionis interuenientis circa diffinitionē: dū scʒ diffinitio vnius rei est falsa de alia. sicut diffinitio circuli de triangulo: vel dū aliqua diffinitio est falsa implicās compositioneʒ incōpossibilium: vt si accipiat̄ hoc vt diffinitio alicuius aīalis irrationalis: rationale aīatū. Unde in rebus simplicibus in quaꝝ diffinitiōibus compositio interuenire nō pōt: non pōt decipi intellectus: sed deficim9 in attingendo: vt dicit pħs. ix. meta. Error autē in peccantibus contingit ex applicatione rationis ad particulare.

Quō intellect9 pōt decipi et q̄ñ non.

§.XIIII. Cū queritur vtrū

Aliquid meli9 vł magis itelligi fit duplr̄.

vnā ꝛ eandē rem vnus alio melius intelligere possit. Respondet. b. Tho. vbi. s̄. arti. vij. ꝙ intelligi aliquid melius vel magis ab vno q̄ altero pōt intelligi dupliciter. Uno modo ꝙ magis vel melius determinet actum intelligendi ex parte rei intellecte. ꝛ sic non potest vnus eandē rem magis intelligere q̄ alius: q2 si intelligeret illā rem aliter

q̃ sit: vel melius vel peius: falleretur et non intelligeret. Alio modo pōt intelligi vt determinet actum intelligēdi ex pte intellectus. Et sic vn⁹ pōt magis vel melius intelligere vnā rem q̃ alius: qꝛ melioris est virtutis in intelligēdo. Sicut etiā melius videt aliqͩ vnus q̃ alius: inquātū virtus pfectior videndi est in vno q̃ in alio. Sic etiā inuenitur p experiētiā vnus alio pfundius intelligere. Sicut pfundius intelligit qui aliquā conclusionē pōt reducere in prima principia et causas primas: q̃ qui pōt reducere solū in causas pximas. Contingit aūt hoc q sꝫ vn⁹ intelligat melius altero duplici ex causa. Primo ex pte dispositionis corpis: qꝛ quāto est corp⁹ melius dispositū: tanto meliorē sortif animā qua mediante melius intelligit. Secūdo cōtingit hoc ex pte inferiorū virtutū quibus intellectus indiget ad sui operationem. Illi eñ in quibus virt⁹ imaginatiua. cogitatiua. et memoratiua. sunt melius disposita: sunt melius dispositi ad intelligendū.

Intelligit vnus melius alio duplici ex causa.

§.XV. Si queritur vtrum

prius intelligaf diuisibile q̃ indiuisibile. Rñdet. b. Tho. vbi. s̄. ar. viij. q indiuisibile aliquid dꝛ tripliciter. vt dꝛ in iij. de aīa. Uno mō sicut continuū indiuisibile: qꝛ est indiuisum actu: licꝫ sit diuisibile potentia. Et hmōi indiuisibile prius est intellectū a nobis: q̃ ei⁹ diuisio que est per partes: qꝛ cognitio cōfusa prior est q̃ distincta. vt dictuꝫ est. s̄. Scdo modo dꝛ indiuisibile ſm spēm: sicut ratio hōis est quoddam indiuisibile. Et hoc modo est etiā prius indiuisibile intellectum: q̃ diuisio eius per partes ratiōis. vt dictū est. s̄. Et iterū prius q̃ intellectus cōponat et diuidat affirmando vel negando. Et huius ratio est: qꝛ hmōi indiuisibile duplex intellectus ſm se intelligit sicut pprium obiectū. Tertio modo indiuisibile dicif vt pūctus ꝛ vnitas: que nec actu nec potentia diuidunf. Et hmōi indiuisibile p posterius cognoscitur. nam cognoscitur per priuationē diuisibilis. Unde punctū priuatiue diffinitur. Pūctū est cuius pars non est. Et similiter ratio vnius est q sit indiuisibile vt dicif. x. meta. Et ratio huius est: quia hmōi indiuisibile habet quandā oppositionē ad rē corporalē: cuius quidditatem primo ꝛ p se intellectus accipit.

Indiuisibile dicif tripliciter.

§.XVI. Quod intellectus

noster intelligit corporalia que sunt infra se put sunt abstracta a materia. i. vlia ꝛ necessaria. Indirecte aūt intelligit etiā singularia cōtingentia ꝛ futura. Quantū ad primū sciendum ſm be. Tho. vbi. s̄. q. lxxxvi. arti. j. q singulare in rebus materialibus primo et directe intelligere non potest. Cuius rō est: qꝛ principiuꝫ singularitatis in rebus materialibus est materia indiuidualis: intellectus autem noster vt dictū est intelligit abstrahendo spēm intelligibilē ab hmōi materia. qꝺ aūt a materia indiuiduali abstrahif est vniuersale. Un intellect⁹ noster directe nō est cognoscitiuus nisi vniuersaliū. Indirecte aūt ꝛ quasi p quandā reflectionē potest intelligere singulare: qꝛ sicut dictū est: etiā postq̃ spēs intelligibiles abstraxerit: nō pōt ſm eas actu intelligere: nisi cōuertēdo se ad fantasmata: in qͥbus spēs intelligibiles intelligit. vt dꝛ. iij. de anima. Indirecte igitur intelligit singularia quoꝝ sunt fantasmata. Et hoc modo format hanc ppositionē. Sortes est homo. Quod eñ pōt virt⁹ inferior vt sensus apprehēdere singulare: potest ꝛ superior vt intellectus ꝛ eminentiori modo. Sed ꝛ vlis ratio intellectus practici in electione non mouet ad appetēdū nisi mediāte pticulari apprehēsione ptis sensitiue. Cōtingētia aūt dupl̄r pñt considerari. Uno modo inquātū cōtingētia. Et ſm hoc a sensu directe cognoscuntur: ab intellectu autem indirecte. Est eñ vnūquodq̧ contingēs ex parte materie: qꝛ cōtingēs est qꝺ pōt esse et non esse. Potētia aūt ptinet ad materiā. Materia aūt est indiuiduationis principiū: et ideo hic vt singularia indirecte intelliguntur. Alio mō pñt considerari ſm q in eas aliquid

Singulare materiale directe nō itelligif.

Indirecte intellect⁹ itelligit singulare.

Cōtingētia dupliciter pñt cōsiderari.

necessitatis reperitur. Nihil eñ est adeo cōtingens quin in se aliquam necessitatem habeat. sicut hoc ipm quod est sortē currere. in se qͩdē cōtingēs est: habitudo autē cursus ad motū est necessaria. Necesse est eñ sortē moueri cū currit. Et ſm hoc cognoscunf directe ab intellectu: videlicet rationes vniuersales ꝛ necessarie cōtingentiū. Unde si attendanf rationes vniuersales scibiliū oēs scientie sunt de necessarijs. Si attendanf res ipe: sic quedā scientia est de necessarijs: quedā de contingentibus.

§.XVII. De cognitione fu

turorū eodē modo cōsiderandū est: sicut et de cognitiōe cōtingentiū. Nā ipa futura vt sub tpe cadūt sunt singularia: que intellect⁹ human⁹ nō cognoscet: nisi per reflectionē vt dictū est. Rationes aūt futurorū pñt vles esse in intellectu pceptibiles: ꝛ de eis pñt esse scie. Sciendū tñ q futura dupl̄r cognosci pñt. Uno modo in seipis. Et sic cognosci nō pñt nisi a deo cui futura sunt pñtia: inquātum sꝫ eius intuit⁹ etern⁹ ferf simul supra totum tpis cursum. Alio modo cognosci pñt futura in suis causis: ꝛ sic etiaꝫ a nobis pñt cognosci. Et si ita sint in suis causis vt ex eis de necessitate pueniāt: cognoscunf per certitudinē scientie: sicut eclipsis ab astrologo. Si autem ita sint in causis suis vt pueniāt ex eis vt in pluribꝰ: sic cognosci pñt p piecturā vel magis vel min⁹ certā. ſm q causa est magis vel min⁹ inclinata ad effect⁹ hmōi. Qꝺ aūt aliqñ anima cognoscat futura: hoc non est ſm naturā aīe: etiā cū alienaf a sensibꝰ sed magis per impressionē causarū aliquarū superiorum. vel virtute dei ministerio angeloꝝ: sicut in veris prophetijs. vel virtute demonū: sicut in diuinis ꝛ maleficis. vel etiaꝫ aliqñ p impssionē corporū celestiū. Ex impressione eñ corporū celestiū immutatur aliqñ fantasia: vt fiant aliqua signa imaginatiua futurorū euētuū ad q̄ se extendit virtus corpoꝝ celestiū: ꝛ hec magis pcipiunf a dormiētibus q̃ a vigilantibus. Infinita aūt neq̧ in actu neq̧ in habitu intellectus cognoscere pōt: qꝛ in rebus materialibus quaꝝ quidditas est obiectū pprium intellectus nr̄i: nō inuenitur infinitū. vt dꝛ in. j. physicoꝝ. Sed in potentia tñ: qꝛ nunq̃ potest tot cognoscere quin adhuc plura possit cognoscere. Infinitus autē dꝛ deus: sicut forma que nō est determinata per materiā: ꝛ in statu vie a nobis cognosci non pōt ppter defectū intellectus nr̄i: qui non intelligit nisi materialia. Sed in alia vita in gloria cognosceſ perfecte.

Futura dupliciter cognosci possunt.

§.XVIII. Anima intellecti

ua intelligit se ꝛ ea q̄ in ea sunt vel ab ea pcedūt: vt habitus: actus: intellectus ꝛ volūtas. Et quātū ad pmū. Aīa nō cognoscit seipam p essentiā suā: sꝫ p spēs intelligibiles sicut ꝛ alia. Pro cui⁹ declaratione dicit. b. Tho. in. j. parte. q. lxxxvij. arti. j. q vnūquodq̧ cognoscibile est ſm q est in actu: nō ſm q est in potētia. vt dicif in. ix. meta. Sic eñ aliquid est ens et verum: qꝺ sub cognitione cadit put est in actu. ꝛ hoc manifeste apparet in sensibus. Nō eñ visus pcipit coloratū in potētia: sꝫ coloratū i actu. Essentia igif dei q̄ est actus pur⁹ ꝛ pfectus: est simpl̄r et perfecte ſm seipam intelligibilis. Unde deus p essentiā suaꝫ non solum seipm: sꝫ etiā oia alia itelligit. Angeli autē essentia est q̄dē in gñe intellectuū vt actus: nō tñ vt actus pur⁹ et cōplet⁹. Unde eius intelligere nō cōplef p essentiā suaꝫ. Quāuis eñ angelus p essentiā suā se itelligat: nō tñ alia oia a se p essentiā suā cognoscere pōt: sed p similitudines rerū intelligibiliū. Intellectus aūt humanus in gñe intellectuū se habet vt ens in potētia tñ: sicut ꝛ materia se habet in gñe rerū sensibiliū. vnde ꝛ possibilis nominaf. Et quia cōnaturale est itellectui nr̄o: vt ad materialia ꝛ sensibilia respiciat vt dictū est. s̄. cōsequens est vt sic seipm intelligat intellectus noster ſm q sit actu p spēs intelligibiles a sensibilibus abstractas p lumē intellectus agentis. Non ergo per essentiā suā: sed p actū se cognoscat intellectus noster.

Qualiter aīa itelligit seipsam.

et hoc dupliciter. Uno mo particulariter fm q sortes vel plato pcipit se hre aiam intellectiuaz: ex hoc q percipit se intelligere. Alio modo fm q naturā mentis ex actu intellectus consideramus. Et ad istam scdam cognitionē non sufficit pntia aie: sicut ad cognitionē pmo modo. Sed requirit diligēs et subtilis inquisitio. Unde multi naturam aie ignorant: et alij multi circa naturaz anime errauerunt. Quod aūt Aug. dicit in lib. de tri. q aia seipam p seipam cognoscit: intelligit q in suipsi cognitionē venit: sed per actū suum. Cognoscit intellect habitus: sed per actus ipoꝝ. Pro cuius declaratione dicit beatus Tho. vbi. s. arti. ij. q habitus est medium inter potentiam puram et actū purū. Dictū est autē q nihil intelligitur: nisi fm q est in actu. Sicut igit inquātū habitus deficit ab actu perfecto: deficit ab hoc vt nō sit p seipm cognoscibilis: sz necesse est vt p actū suū cognoscat. Siue dū aliqs pcipit se hre habitū: per hoc q pcipit se pducere actū pprium illius habitus. Siue dum aliquis inquirit naturā et rationē habitus ex cōsideratione actus. Si aūt obijciēdo dicat illud ppter qd vnūquodq tale: et illud magis: sed res cognoscunt ab aia p habit: ergo multo magis habitus ab aia debent per se cognosci. Rndet q regula ista propter qd vnūquodq etc. habet veritatē si intelligat i rebus vnius ordinis: puta in vno gne cause: vt si dicatur q sanitas sit ppter vitā sequit q vita sit magis desiderabilis. Sed si accipiat fm ea que sunt diuersoꝝ ordinū nō habet veritatē regula illa: vt si dicat q sanitas est ppter medicinā: nō ideo sequitur q medicina sit magis desiderabilis q sanitas: quia sanitas est in ordine finium. medicina autē est in ordine causaꝝ efficientiū. Sicut si accipiamus duo: quoꝝ vtrūq sit p se in ordine obiectoꝝ cognitionis: illud ppter qd aliud cognoscit erit magis notū: sicut pncipia conclusionibus. Sed habitus inquātū habitus nō sunt de ordine obiectoꝝ: nec ppter habitū alia cognoscunt: sicut per obiectuz cognitionis: sed sicut ppter dispositionē vel formā qua cognoscēs cognoscit.

Qualiter cognoscatur habitus.

Cognoscit insuper actum pprium intellectus. Unūquodq enim cognoscit fm q est in actu. Ultima autem intellectus pfectio est eius operatio. Non enim est sicut actio tendēs in alterū: que est perfectio operati. sicut edificatio dom edificate: sz manet in operāte vt perfectio et actus eius. vt dr. ix. meta. Hoc est ergo primū qd de intellectu intelligitur actus eius: idest ipm eius intelligere. Sz in hoc est differētia in ordine itellectuū. nā intellectus diuinus idem est in eo q intelligat se intelligere: q intelligat suaz essentiā: q: suum intelligere est sua essentia. In angelo aūt q̄uis aliud sit fm rationē q intelligat suū intelligere: et q intelligat suā essentiā: tamen simul in vno actu vtrunq intelligit: q: hoc qd est intelligere essentiā suā est ppria perfectio essentie sue. simul autez vno actu intelligit res cū perfectiōe sua. In intellectu vero humano nec suum intelligere: nec proprium obiectuz est essentia eius: sed aliquid extrinsecū scz natura generalis. et ideo id qd primo cognoscitur ab intellectu humano est obiectum eius. secūdario cognoscitur actus eius quo cognoscitur obiectum. et per quē cognoscitur ipe intellectus.

Intellectus cognoscat proprium actū.

Cognoscit insuper intellectus et actum voluntatis. actus enim voluntatis nihil aliud est q̄ inclinatio quedam consequens formā intellectiuam: sicut appetitus naturalis est inclinatio sequens formam naturalem. Inclinatio autez cuiuslibet rei est in ipa re p modum eius. Unde inclinatio que est appetitus sensibilis est in sentiente: et similiter inclinatio intelligibilis que est actus voluntatis est intelligibiliter in intelligente: sicut in principio et obiecto proprio. Quod autē intelligibiliter est in aliquo intelligente consequens est vt ab eo intelligatur: vnde actus voluntatis intelligitur ab intellectu: et inquantum aliquis percipit se velle: et inquantuz quis percipit naturā huius act. et per consequens naturam huius principij q est habitus vel potentia.

Act voluntatis q̄liter cognoscatur.

§.XIX. Sūt autē effectus

aie qui sunt actus volūtatis in intellectu: nō per similitudinē tm sicut corpa: nec per pntiam vt in subiecto sicut artes: sz sicut principiatū in principio in quo habetur notio principiati. Qd anima humana fm statū vite pntis non pōt pfecte intelligere que sunt supra se: scz angelos et deū. Unde Sap. ix. Que in celis sunt qs inuestigabit. Et angeli qdem qui dicunt sube separate neq p seipos: neq per similitudines reruz materialiū pnt intelligi pfecte fm bem Tho. in. j. pte. q. lxxxviij. ar. j. et. ij. Sciendum tm fm ipm q plato q posuit subas imateriales: etiā materialiū per se subsistētes quas ydeas vocabat vt dictum est: dicebat q sube immateriales non solū intelligunt a nobis: sed sunt prima a nobis intellecta. Sed fm Aristo. sniam quaz magis experimur: intellect nr fm statuz vite pntis habet naturalem respectū ad rerū materialiū naturas. vnde nihil intelligit nisi conuertendo se ad fantasmata. Et sic subas immateriales: cū nō cadāt sub nra imaginatione et sensu: primo et per se fm modū cognitiōis nos expte cognoscere non possum. Sed Auerroys in cōmento de aia ponit: q in fine i hac vita homo peruenire potest ad hoc vt intelligat subas separatas per continuationē vel vnionē cuiusdā sube separate a nobis: quem vocat intellectū agentē: qui cū sit suba separata intelligit subas separatas. vnde cuz fuerit nobis perfecte vnitus: sic vt per eū intelligere possimus: intelligemus tūc subas separatas. pfecte autē vnit nobis fm ipm iste intellectus agēs: cū oia intellecta speculata cognouerimus: et tūc p euz poterimus cognoscere oia materialia et immaterialia. Hāc autē positionē Auerroys reprobat. b. Tho. plurib rationibus. Primo quia intelligere oia speculata vix contingit alicui in hac vita: et sic nullus vel pauci ad felicitatē peruenirent. qd est cōtra phm in. j. meta. qui dicit q felicitas est quoddā bonum cōmune: qd pōt puenire oibus nō orbatis ad virtutē. Secūdo q: phs dicit expresse in. j. meta. q felicitas est operatio fm pfectā virtutē. Et enumeratis multis virtutibus i x. meta. cōcludit q vltima felicitas cōsistens in vltima cognitione maximoꝝ intelligibiliū est fm virtutē sapientie: quā posuit in. vj. esse caput sciaꝝ speculatiuaꝝ. Et sic patz q Aristo. posuit vltimā felicitatem in cognitione subarū separatarū: qualis pōt haberi p speculatiuas scias: nō p vnionē intellectus agentis cōfictā a quibusdā. Tertio q: vt dictum est. s. fm Arist. intellectus agens nō est substantia separata: sed quedaz virtus aie. Inducit et alias rationes tres ob breuitatē omissas. Itē neq per rerū cognitionem materialiū possum deuenire ad cognitionē angelorum seu substātiarū separataꝝ. Cū enim substantie immateriales vt angeli sint omnino alterius rationis a quidditatibus rerum materialiū quātūcūq intellectus noster abstrahat quidditatē rei materialis a materia nequaq̄ peruenit ad aliquid simile substantie imateriali. beat Tho. vbi. s. Unde et Dionysius dicit. j. c. de diuinis nominibus. q sensibilibus intelligibilia: compositis simplicia: et corporibus incorporalia apprehendi nō possunt. possumus vtiq ex huiusmodi materialibus consideratis in aliqualem cognitionē deuenire substātiarū separatarū: sed non perfectā: q: nō est sufficiēs cōparatio materialium ad immaterialia: et similitudines que a materialibus accipiuntur ad intelligendū immaterialia sunt multuz dissimiles fm Dionysiū. Tractat autē in scientijs maxime de superioribus p viam remotionis: sicut corpora celestia notificat Aristo. p negationem pprietatum corporum inferioꝝ. et sic a sanctis dantur documenta de angelis per remotaz formā. Ex his sequitur q deus nō est id quod primum ab intellectu nostro cognoscitur in hac vita. Si enim substātias separatas creatas intelligere non valemus: multo minus essentiam substantie increate. Unde Johannis. j. Deū nemo vidit vnq̄. Sed magis per creaturas deueni-

Aia non pōt pfecte itelligere ea q sunt supra se.

inus in cognitionē dei: ſm illud apl̄i. ad Rom. i. Inuiſibi lia dei a creatura mūdi p ea q̄ facta ſunt intellecta ↄſpiciū tur. Primū em̄ qḋ intelligit a nobis in ſtatu vie eſt q̄ddi tas rei materialis: qḋ eſt obiectū ꝓpriū intellect⁹ nr̄i: de⁹ autē oino immaterialis eſt. bea. Tho. vbi. ſ. ar. iij.

Titulus. IIII. De volūtate.

De comparatione voluntatis ad intellectum. Capitulū primū.

De volūtate que eſt alia potentia a ſenſualitate. Ubi primo ſciē dum ꝙ volūtas nō eſt eminētior intellectu ſimpliciter: ſed ſm quid. Pro cuius declara tione dicit bea. Tho. in. i. pte. q. lxxxij. ꝙ eminētia alicuius ad alterū pōt attendi dupliciter. Uno modo ſimpliciter. Alio mō ſm q̄d. Conſiderat autē q̄d tale ſimpliciter: qñ prout eſt ſm ſe tale. Scḋm quid autē dr̄ aliq̄d tale prout ſm reſpectū ad alterū eſt tale. Si igit intellectus ꝛ volū tas cōſiderent ſm ſe: ſic intellectus eminētior inuenitur. Et hoc apparet ex cōparatione obiectoꝝ adinuicem. obie ctum em̄ intellectus eſt ſimplicius ꝛ magis abſolutum q̄ obiectū volūtatis. Nam obiectum intellect⁹ eſt ipſa ratio boni appetibilis. Bonū autem appetibile cuius rō eſt in intellectu: eſt obiectū volūtatis: quāto autē aliq̄d eſt ſim plicius ꝛ abſtractius: tāto ſm ſe eſt nobilius et altius. Et ideo obiectū intellectus: eſt altius q̄ obiectuꝫ volūtatis. Cum ergo propria rō potentie ſit ſm ordinē ad obiectuꝫ ſequit ſm ſe et ſimpliciter ꝙ intellectus ſit nobilior volū tate et altior. Un̄ et phs in. x. ethic. ponit intellectū altiſſi mā potentiā anime. Scḋm quid autē et p cōparationē ad alterū volūtas interdū inuenit altior intellectu: ex eo ſcꝫ ꝙ obiectū volūtatis in re altiori inuenit q̄ obiectū intel lectus. Sicut ſi dicerem auditū eſſe nobiliorē viſu ſm q̄d inquātum res aliqua cuius eſt ſonus nobilior eſt aliq̄ re cuius eſt color: q̄uis color ſit nobilior et ſimplicior ſono. Ut em̄. ſ. dictum eſt actio intellectus cōſiſtit in hoc ꝙ ra tio rei intellecte eſt in intelligente. Actus vō voluntatis perficitur in hoc ꝙ volūtas inclinatur ad ipſam rem put in ſe eſt. Et ideo phs dicit in. v. metaphy. ꝙ bonuꝫ ꝛ malū que ſunt obiecta voluntatis ſunt in rebus. Uerū autē et falſum que ſunt obiecta intellectus ſunt in mēte. Quāto igit res in qua eſt bonū eſt nobilior ipſa aia in qua eſt ra tio intellecta p cōparationē ad talem rem intellect⁹ eſt al tior voluntate. Un̄ melior eſt amor dei q̄ cognitio. E con trario autē melior cognitio reꝝ corpaliū q̄ amor. Simpli citer tamen intellectus eſt altior q̄ voluntas.

Quō voluntas eſt nobilior intellectu et q̄mo do non.

Amor dei melior ē q̄ cognitio

§. I. Eſt etiam intellectus

Quō voluntas eſt prior intellectu vel econtra.

quoad actum prior volūtate ſm ordinē nature ꝛ ſimplici ter. ſicut motiuū mobili: ꝛ actiuū paſſiuo. Bonū em̄ intel lectū eſt qḋ mouet voluntatē. Un̄ figuratur intellectus p virum qui eſt pfectior et nobilior muliere que ſignat volū tatem. Sic em̄ exponit Aug. illud Joh. iiij. dictū ſamari tane. ſ. voca virū tuum. i. repſenta intellectum tuū. Ubi ſciendū ꝙ primo voluntas hoīs accipit quaſi in viros le gitimos quinq̄ ſenſus. iuxta illud. Quinq̄ viros habuiſti. Nam a deo diſpoſituꝫ eſt vt vſq̄ ad tēpus viꝰ rationis q̄s ſequatur inſtinctus ſenſuū ſeu ſenſualitatis ſine pctō. Nec em̄ imputatur ad peccatū qḋ quis facit ante vſum ra tionis. Poſtea ſi accipit volūtas intellectū ſeu rationem in virum. vt ſcꝫ ſequat inſtinctū rationis nō ſenſualitatis legitime eſt volūtas deſpōſata. Si autē ſequat errorem idest ſenſualeꝫ appetitum adulterat ſeu fornicatur ſpi ritualiter aia. iuxta illud Hiere. iij. Tu autē fornicata es cū amatoribus multis ꝛc. Joh. iiij. Hunc quē habes non eſt tuus vir. Sicut ḡ ex viro ꝛ muliere legitime ↄiunctis: generat proles legitima cui debet hereditas: ita ex intel lectu ꝛ volūtate ↄcipit bonū ꝓpoſitū operis: principiū tamen actiuū eſt vir ꝛ mulier paſſiuū. Ita et intellectus eſt q̄ mouet voluntatē. ꝛ ↄcipit opus bonū p ꝓpoſituꝫ: naſcit per opis executionē. Operat etiā ad ḡnationē in fluxus ſolis: q: homo hoīeꝫ generat ꝛ ſol. ſic influxus gr̄e ſolis Jeſu xp̄i principalr̄ operat in bonis opib⁹ nr̄is: que opa ſi ſint magne probitatꝭ maſculi ſunt: ſi imꝑfecta femi ne: q̄bus demū reſeruat hereditas eterna. Diabolus autē perniciſſime querit impedire p̄cipua opa: vt pniaꝫ: reſtitu tionē: mūdi contēptū ꝛ hmōi. nō autē multū curat de his q̄ ſunt de genere bonoꝝ: vt ieiuniū: ꝛ elemoſyna et hmōi. In cui⁹ figurā legitur: ꝙ pharao rex egypti p̄cepit maſcu los hebreoꝝ occidi: ꝛ feminas reſeruari. vt exponit Ori genes. Nutriunt hi filij. ſ. bonoꝝ operū: per orōnem et do ctrinā et ſacrā. Creſcunt p ꝑfectū virtutū. Sic e cōtra per volūtatē ↄcipiunt ex errore intellect⁹ ſequētis ſenſualita tem p mala opa q̄ priuant hereditate eterna. Et ſicut mu lier laborat i partu: ita volūtas in bn̄ opando. iuxta illud Johā. xvi. Mulier cū parit triſticiā hꝫ. Cum autē querit. Si volūtas moueat intellectū. Rn̄det bea. Tho. in. i. pte q. lxxxij. ar. iiij. ꝙ aliquid dr̄ mouere dupliciter. Uno mō p modū finis: ſicut dr̄ ꝙ finis mouet efficiētem. et hoc modo intellectus mouet voluntatem: q: bonum intellectum eſt obiectū volūtatis: et mouet ipſam vt finis. Alio modo di citur aliq̄d mouere p modū agētis: ſicut alterans mouet alteratū ꝛ impellēs impulſum. Et hoc mō voluntas mo uet intellectū ꝛ oēs alias vires. vt Anſel. dicit in lib. de ſi militudinib⁹. Cuius rō eſt: q: in oibus potētijs ordinatis actiuis: illa potentia q̄ reſpicit finē vlēm mouet alias po tentias que reſpiciunt fines particulares: ꝛ hoc apparet tā in naturalibus q̄ in politicis. Celum em̄ qḋ agit ad cō ſeruationē vniuerſalē generabiliū et corruptibilium mo uet oia inferiora corpora: quoꝝ vnūquodq̄ agit ad cōſer uationē ꝓprie ſpeciei vel indiuidui. Rex etiā qui intēdit bonū cōmune tot⁹ regni mouet p imperiuꝫ ſuū ſingulos ꝓpoſitos ciuitatū: qui ſingulis ciuitatib⁹ regni curaꝫ im pendunt. Obiectū igit volūtatis cū ſit bonum ꝛ finis in cōmuni: et q̄libet potētia cōparatur ad aliqḋ bonū ꝓpriū ſibi cōueniēs: ſicut viſus ad perfectionē coloris: intellect⁹ ad cognitionē veri: ideo voluntas p modum agentis mo uet oēs anime potētias ad ſuos actus preter vires natu rales vegetatiue partis: que noſtro arbitrio ſubduntur. He autē due potentie in actib⁹ ſuis ſeinuicē includunt: q: intellectus intelligit volūtatē velle: et volūtas vult itel lectum intelligere. Et ſimili rōne bonuꝫ continet ſub vō inquantū eſt quoddā verū intellectū. Et verū continetur ſub bono inquātū eſt quoddā bonū deſideratū. ſm tamē rationē cōmunitatis obiectoꝝ vtriuſq̄ vt dictū eſt intel lectus ſimpliciter eſt altior ꝛ nobilior voluntate. Nec eſt ire in infinitum: q: intellectus q̄ mouet voluntatē nō mo uetur ſemper a voluntate: ſed principiū conſiliandi ꝛ in telligendi eſt aliquod intellectiuū principiuꝫ altius intel lectu noſtro. et hoc eſt deus.

Exodi. i.

Quō voluntas mouet intellectuꝫ ꝛ e cōtra.

§. II. Utrū voluntas velit

aliquid ex neceſſitate. Rn̄det bea. Tho. vbi. ſ. art. i. ꝙ ne ceſſitas multipliciter dr̄. Neceſſe em̄ eſt qḋ nō pōt nō eſſe. qḋ q̄dē cōuenit alicui dupliciter. ſ. ex principio intrinſeco. vel ex principio extrinſeco. Ex pricipio q̄dē intrinſeco du pliciter ſcꝫ vel ex materiali vel ex formali pricipio. Ex ma teriali quidē pricipio ſicut cū dicimus. Omē qḋ cōpoſitū eſt ex cōtrarijs neceſſe eſt corrumpi. Ex formali ſicut cū di cimus ꝙ neceſſe eſt triangulū habere tres angulos equa les duobus rectis. Et hec eſt neceſſitas naturalis et abſo luta. Alio modo conuenit alicui ꝙ non poſſit non eſſe ex aliquo extrinſeco fine vel agente. Fine quidem ſicut cum quis non poteſt conſequi ſine hoc vel bene conſequi ali quem finem: vt cibus dicit neceſſarius ad vitā: et equus ad iter. Et hec vocatur neceſſitas finis: que interduꝫ etiā dicitur vtilitas. Ex agente autē hoc alicui conuenit; ſicut

Multiplex ē neceſſitas.

cum aliquid cogitur ab aliquo agēte: ita ꝙ nō possit ꝯtrarium agere: et hec dr̄: necessitas coactionis. Hec ḡ necessitas coactionis repugnat volūtati. Nā hoc dicimus violentum qđ est ꝯ inclinationē naturalē rei: ipe aūt modus volūtatis est inclinatio quedaꝫ in aliqđ. Et ideo sicut dr̄: aliquid naturale: q: est ꝫm inclinationeꝫ nature: ita dr̄: aliqđ voluntariū: q: est ꝫm inclinationē volūtatis. Sicut ḡ est impossibile ꝙ sit aliqđ simul violētum ⁊ naturale: ita est impossibile ꝙ aliqđ simul sit simplr̄ coactuꝫ ⁊ volūtariū. Necessitas finis nō repugnat volūtati qñ ad finē nō potest perueniri nisi vno modo: sicut ex volūtate transeundi mare sit necessitas in volūtate vt velit nauim. Similiter necessitas nature nō repugnat volūtati: quinimo necesse est vt sicut intellectus inheret primis principijs: ita volūtas inhereat vltimo fini qui est beatitudo. Finis em̄ se hꝫ in operatiuis: sicut principiuꝫ in speculatiuis. vt dr̄: .ij. lib. Phyſ. Et sic ex necessitate vult quis beatitudinem.

§.III. Voluntas non vult

oīa ex necessitate: etsi aliqđ vt beatitudinē. Pro cuius declaratione dicit. b. Tho. vbi. s̄. ar. ij. ꝙ sicut intellect⁹ naturaliter ⁊ ex necessitate inheret primis principijs: ita volūtas vltimo fini. Sunt autē q̄dā intelligibilia q̄ nō hn̄t necessariā connexionē ad prima principia: sicut cōtingentes ꝓpositiones: ⁊ talibus non de necessitate assentit intellectus. Sic ex parte volūtatis sunt q̄dā particularia bona q̄ non hn̄t necessariā connexionē ad beatitudinē: qb⁹ salꝫ hmōi quis deo inheret: in quo sola consistit vera beatitudo. Sed tn̄ anteq̄ per certitudinē diuine visionis necessitas hmōi cōnexionis demonstret: volūtas nō ex necessitate inheret deo: nec his que sunt dei. Sed volūtas videntis deū per essentiā ex necessitate inheret deo: sicut nūc ex necessitate volum⁹ esse beati. Patet ergo ꝙ volūtas ī nihil tendere pōt: nisi sub ratiōe boni. Sed q: bonū multiplex est: nō ꝓpter hoc ex necessitate determinat ad vnum.

¶ De libero arbitrio. Capl̄m. ij.

De libero arbitrio.

Liberuꝫ arbitriū diffinit. Hoc sic diffinit magister sentē. in. ij. lib. dicēs. Liberū arbitriū est facultas rōnis ⁊ volūtatis qua bonū gratia assistente eligit: et maluꝫ gr̄a desistēte. i. deficiēte. Ex prima particula huius diffinitionis ostēditur: ꝙ liberū arbitriū est potētia nō actus vel habitus. dr̄ em̄ facultas hic potētia expedita. i. libera. Neq: em̄ potest dici actus: q: actus non semꝑ manet in hoie: sed transit liberum arbitrium semper manet in homine. Sed neq: in hoie habitus dici pōt. Et rō est: q: habitus dicunt ꝫm q̄s non habemus bene vel male ad actus vel passiōes. vt dicitur in. ij. Ethic. Nam per temperātiā bene nos habem⁹ circa cōcupiscētias: per intēperantiā autē male: ꝑ habituꝫ sciētie bene nos habem⁹ ad actū intellectus dū per euꝫ cognoscimus verū: et per contrariū habitū male. Liberū autē arbitriū indifferēter se hꝫ ad bene vel male eligēdū. Unde impossibile est ꝙ liberū arbitriū sit habitus. est ergo potētia. Quāuis em̄ ꝫm ꝓpriā significationē vocabuli nominet quēdā actū: tn̄ ꝫm cōem vsum loquēdi liberum arbitriū dicimus id qđ est principiū huius actus scꝫ quo homo libere iudicat. Principiū autē in nobis act⁹ est potētia vel habit⁹: sed ꝓbatū est ꝙ habit⁹ esse non pōt: ergo potētia est. Secūda ꝑticula diffinitionis. Ex scđa ꝑticula diffinitiōis cum. s. dr̄: rōnis et volūtatis: nō dat intelligi ꝙ ista potētia sit vna cōposita ex rōne et volūtate: vel ꝙ sit vtraq: sed ꝙ ad actuꝫ liberi arbitrij concurrūt ratio et volūtas: vt dicit bea. Tho. in. j. parte. q. lxxxiij. ar. ij. Pro cuius declaratiōe dicit. b. Tho. vbi. s̄. ar. iij. ꝙ liberū arbitrium est electio. per ꝙ dicimur liberi esse arbitrij: q: possumus vnū recipere de duob⁹ alio recusato: qđ est eligere. Et ideo naturam liberi arbitrij ex electione cōsiderare oportet. Ad electionē autē concurrit aliquid ex parte cognoscitiue ꝟtutis: ⁊ aliqđ ex ꝑte appetitiue. Ex parte cognoscitiue requirit consilium per quod dijudicat quid sit tandē preferendū. Ex parte appetitiue requirit ꝙ appetēdo acceptet qđ per cōsilium dijudicat. Un̄ phus in. vj. Ethic. sub dubio reliquit vtrū electio principalius pertineat ad vim cognitiuā: vel ad vim appetitiuam. Dicit em̄ ꝙ electio: vel est intellectus appetitiuus: vel appetitus intellectiuus. Sed in. iij. Ethic. in ꝙ magis declinat ꝙ sit appetitus intellectiuus nominās electionē desideriū cōsiliabile. Et huius ratio est: quia ꝓpriū obiectum electionis est id qđ est ad finē. Hoc autē inquātū huiusmodi hꝫ rationē boni qđ dr̄: vtile. Un̄ cū bonū inquātū hmōi sit obiectū appetitus: sequit ꝙ electio sit principaliter act⁹ appetitiue ꝟtutis. et ꝑ ꝯñs liberū arbitrium est potentia appetitiua. Arbitriū em̄ importat iudiciū. Judicium ꝟo est quasi conclusio ⁊ determinatio cōsilij. Determinatur autē cōsiliū primo per sn̄iam rōnis. scđo per acceptationē appetitus. Et q̄uis appetitus nō sit collatiuus quia collatio importat cōparationē vnius ad alteruꝫ: qđ pertinet ad rōnem: tn̄ inquātū a vi cognitiua conferente mouet: habet quandā collationis similitudinē dum vnū alteri preoptat. Tertia ꝑticula diffinitionis. Ex tertia ꝑticula diffinitionis. s. bonum eligitur gr̄a assistente: ostenditur gr̄a necessaria ad bene agendū: nec tn̄ ex hoc tollit libertas arbitrij. Liberū em̄ arbitriū est causa sui motus: ꝑ hoc ꝙ homo seipm mouet ad agendum: non tn̄ hoc est de necessitate libertatis ꝙ sit prima causa sui id qđ liberū est: sicut etiā nec ad hoc ꝙ aliquid sit causa alterius: requirit ꝙ sit prima causa ei⁹. De⁹ ergo est prima causa mouēs causas naturales et voluntarias. Sicut ergo mouēdo causas naturales nō eis aufert quin actus eaꝝ sint naturales: ita mouendo causas volūtarias nō aufert quin actiones earū sint volūtarie: sed potius hoc eis facit. Operatur em̄ in vnoquoq: ꝫm ei⁹ proprietatē. Et hoc est qđ ait apl̄s Phil. ij. De⁹ operat in nobis velle et ꝑficere. ⁊ Prouerb. xxj. Cor regis in manu dei est: ⁊ quocū ꝙ voluerit vertet illud beatus Thom̄. vbi. s̄. Opat em̄ in oībus de⁹ velle inquantū illud velle est q̄dā actus naturalis ꝫm ꝙ deus est cā oīm motionū suo influxu quo oīa mouet. Operat autē in bonis velle. s. meritorie inquātū deus lumine grē mouet volūtatē ad mouēdū aliqđ meritoriū. Quarta ꝑticula diffinitionis. Ex vltima ꝑticula ostēdit ꝙ null⁹ cogit ad malū. Un̄ Amb. Nemo nostrū tenet ad culpā: nisi propria volūtate deflexerit. xv. q. j. non est. et Aug. Uasis ire nunq̄ deus redderet interitū si nō spōtaneū inueniretur homo habere pcm̄. xxiij. q. iiij. nabuchodonosor. §. j. Un̄ ⁊ Cayn dictuꝫ fuit a dn̄o Gen̄. iiij. Sub te erit appetitus ei⁹ scꝫ peccati: ⁊ tu dn̄aberis illi⁹. Qđ autē Augus. dicit ꝙ hō peccando seipm perdidit ⁊ liberū arbitrium. non vult dicere ꝙ ꝑdiderit illud quoad libertatem naturalem que est libertas coactione: sed quantū ad libertatem que est a culpa et miseria. iuxta illud Johan. viij. Qui facit pcm̄ seruus est peccati. Et nota ꝙ hec diffinitio liberi arbitrij tm̄ cōuenit libero arbitrio hoīs dū est viator. vel si intelligatur de libero arbitrio angeli: tūc opꝫ intelligere de ipo quantū ad statū primū angeloꝝ: in quo fuerūt vertibiles ꝫm Alex. de al. in summa. Raynerius.

§.I. Hoc autē liberuꝫ arbitriū

Liberuꝫ arbitriū nō est distincta potentia a voluntate. nō est alia potētia a volūtate. Un̄ Damasce. in. iij. lib. dicit. ꝙ liberū arbitriū nil aliud est q̄ volūtas. Pro cuius declaratione dicit bea. Thom̄. vbi. s̄. arti. iiij. ꝙ potentias appetitiuas oportet esse proportionatas potētijs apprehensiuis. Sicut aūt ex ꝑte apprehensionis se hn̄t intellect⁹ et rō: ita ex parte appetitus intellectui se hn̄t voluntas ⁊ liberum arbitrium: que nihil aliud est q̄ vis electiua. Et hoc ptꝫ ex habitudine obiectoꝝ et actuū. Nam intelligere importat simplicē apprehensionē alicuius rei. Un̄ intelligi ꝓprie dicunt principia q̄ sine collatione per se cognoscunt. Ratiocinari autez est de vno deuenire in cognitionē alteri⁹. Un̄ proprie de conclusionib⁹ ratiocinamur que

et principiis innotescit. Ex parte autem appetitus velle importat simpliciter appetitū alicuiꝰ rei. Unde volūtas dicitur esse de fine qui ꝓpter se appetitur. Eligere autē est appetere aliquid ꝓpter aliquid cōsequendū. Unde ꝓprie est eorum que sunt ad finē. Sicut autē se habet in cognitiuis principiū ad cōclusionē cui ꝓpter principia assentimus: ita in appetitiuis se habet finis ad ea que sunt ad finē que ꝓpter finem appetuntur. Unde manifestū est ꝙ sicut se habet intellectꝰ ad rationē: ita se habet volūtas ad vim electiuā .i. liberum arbitrium. Ostēsum est autē .s. ꝙ eiusdē potentie est intelligere et ratiocinari: sicut eiusdē virtutis est quiescere et moueri. Unde etiā eiusdē potentie est velle eligere et per eādem rationē. Et ꝓpter hoc voluntas et liberū arbitriū nō sunt due potentie: sed vna. Electio ergo et volūtas quātum ad ipsum velle sunt diuersi actus: sed tamē pertinent ad vnā potentiā: sicut intelligere et ratiocinari. Et quāuis ex parte intellectus sint due potentie: scilicet intellectus agens: et intellectus possibilis: non sic fit distinctio volūtatis in agētem ⁊ possibilem. Et ratio huius est: quia intellectus agens cōparatur ad possibilem vt mouens. Sed ad volūtatem cōparatur vt mouens non liberum arbitrium: sed intellectum: quia bonū apprehēsum per intellectum mouet voluntatem ⁊ liberum arbitrium.

Quod liberum arbitrium est ... ideo

§. II. Liberū arbitrium est

subiectiue in deo: in angelis: ⁊ in hoībus. et perfectius in deo ꝙ̄ in angelis: ⁊ perfectius in angelis ꝙ̄ in hominibꝰ. Primū scilicet ꝙ sit in deo liberū arbitriū ꝓbatur autoritate et ratione. Dicit enim Amb. in lib. de trini. Spūssctūs diuidit singulis prout vult. i. ꝓ libere voluntatis arbitrio non necessitatis obsequio. Spūs autē sctūs est deus: ergo ī deo est liberū arbitriū. Ratione ꝓbatur sic. Liberū arbitrium est eorum que non ex necessitate vel naturali instinctu volumus: sed libere. Sed deus necessario vult suam bonitatē velut finē vltimū voluntatis diuine. Alia vero oīa vult ꝙ̄si ordinata ad istū finē: scilicet ad bonitatē suam. Que quidem non necessario vult: sed libere: eo ꝙ sua bonitas his q̄ ad ipsam ordinantur nō indiget: vnde remanet in eo iudicium liberū ad volendū hoc vel illud: sicut etiam in nobis est in his que ad finē non sunt necessaria. Quod autem ipsum liberū arbitrium sit perfectius in deo ꝙ̄ in angelis vel hominibus: ꝓbatur tali ratione. Liberū arbitriū presupponit tria. naturā: vim cognitiuā: et volitiuam. Sed hec tria perfectius sunt in deo ꝙ̄ in angelis et hominibꝰ: ergo ⁊c.

Liberum arbitriū perfectiꝰ ē in deo ꝙ̄ in aliis

Et quantū ad primū scilicet ꝙ natura sit perfectius in deo ꝙ̄ angelis ⁊ hoībus patet ex hoc quia natura diuina est increata: et est suū esse et sua bonitas. Unde in eo nō pōt esse defectꝰ aliquis. Nec corruptibilitatis: quia cū sit increata non est ex nihilo: et ideo nō est vertibilis in nihil. Nec defectꝰ permixtibilitatis: quia cū natura diuina sit per essentiā talis nō est alicuius admixtionis vel compositionis susceptibilis. Nec defectus culpabilitatis: quia cū eius bonitas sit essentialis nō est in malū flexibilis. Liberū autē arbitriū hoīs vel angeli in suis naturalibꝰ consideratū: est defectuosum quātum ad ista tria. Secūdo liberū arbitriū presupponit virtutem intellectiuā. vbi autē perfectiꝰ inuenitur et nobiliꝰ virtus intellectiua: ibi est perfectius liberū arbitriū. sed perfectius natura intellectiua inuenitur in deo ꝙ̄ in aliis: quia deus intelligit ꝑ vnū solū quod est idē cū ipso .i. ꝑ essentiā suam. Angelꝰ autē ꝑ conuersionē ad suū superius .s. deū. Homo mediante fantasmate a rebꝰ inferioribus: ergo ⁊c. Tertio liberum arbitriū presupponit virtutē volitiuā tanꝙ̄ primā cām eiꝰ. Et quantū ad hoc etiā ꝑfectius est in deo: quia in malū omnino tēdere non pōt arbitriū eiꝰ: sicut angeli et hoīs. Si autē obiiciatur sic. liberū arbitriū in vtrāque partem flecti pōt scilicet in malū et in bonū: ⁊ viā habet ad opposita: sed deꝰ ad malū flecti non pōt. Dicit enim adamātius. Nō peccare solius dei est: emēdare sapiētis. de peni. di. iii. c. inter hec. Quod intelligitur non ꝙ oīs creatura peccauerit: vt Hierony. dicit.

In deo nullꝰ est defectꝰ.

Sed quia nulla est que peccare nō possit. de peni. distic. ii. principiū eiusdem. §. vlti. Ad hoc rūdetur ꝙ cū malū culpe dicatur ꝑ auersionē a bonitate diuina ꝑ quā deꝰ oīa vult manifestū est ꝙ impossibile est deū velle malū culpe. et tamen ad opposita se habet eius volūtas inquantū pōt velle hoc esse vel nō esse. Ubi notandū ꝙ ad rōnem liberi arbitrii nō pertinet ꝙ quis indeterminate se habeat ad malū ⁊ bonū. Cuius rō est: quia liberū arbitriū per se est ordinatū in bonum: cū bonū sit obiectū volūtatis: nec in malū tēdat nisi ꝓpter aliquē defectū qui apprehenditur vt bonū: cum electio que est actus ꝓprius volūtatis: nō sit nisi boni vel apparētis boni. Et ideo vbi liberū arbitriū est perfectissimū vt ī deo in malū tendere non pōt. Sed ad libertatē arbitrii pertinet vt actionē aliquā facere vel nō facere possit: ⁊ hoc deo conuenit: quia bona que facit pōt non facere: nec tamen potest malū facere ratione predicta.

Quid ꝑtinet ad rōnem liberi arbitrii.

Cū ergo dicitur ꝙ liberū arbitriū viam habet ad opposita: pōt intelligi tripliciter. Primo quia potest velle bonū et malū: ⁊ sic non conuenit deo: quia hoc importat defectibilitatē. Secūdo vt prius aliquid velit et postea illud nolit. Et hoc etiā deo nō conuenit: quia repugnat immutabilitati diuine. Tertio pōt intelligi viam habere ad opposita: quia pōt velle hoc et non velle. Et hoc conuenit deo: quia ipse habet liberam electionē volēdi aliquid vel nō volēdi: quia multa ita libere vult ꝙ pōt ea velle ⁊ nō velle absque eiꝰ defectibilitate ⁊ mutabilitate. Hec Tho. in q̄stionibus de veritate. Raynerius.

Liberum arbitriū q̄r possit ad opposita.

Liberū arbitriū est in angelis ⁊ ꝑfectiꝰ ꝙ̄ in hoībus. Et ꝙ sit in angelis ꝓbatur autoritate Damasc. qui dicit in lib. ii. Quod angelus est substantia intellectualis: semper mobilis: arbitrio libera ⁊c. Probatur etiam tali rōne. Omne creatum est vertibile vel secundum esse vel secundum electionem: sed angelus est creatus: ergo est vertibilis non secundum esse cum sit immortalis: ergo est vertibilis secundum electionem que pertinet ad liberū arbitriū. Hec Alex. in sum. Ostenditur etiā hoc ex hoc quod habetur de pe. dis. ii. principiū.

Liberum arbitriū est in angelis et ꝑfectiꝰ ꝙ̄ in hoībꝰ

Quod angeli liberū arbitriū sit perfectiꝰ ꝙ̄ hoīs patet ex hoc quia cū liberū arbitriū sit facultas volūtatis ⁊ rōnis vbi est perfectior ratio seu intellectus ⁊ maior facultas voluntatis: ibi est maior libertas arbitrii. Sed perfectius est virtus intellectiua in angelo ꝙ̄ in hoīe. quod patet: quia apprehēdit cognitionē veritatis absque discursu et inquisitione: vnde nō accidit dubitatio vel difficultas in eo. Homo autē intelligit cū discursu et inquisitione: vnde accidit dubitatio et difficultas. Similiter maior facilitas vel facultas voluntatis est in angelo ad exeundū in actū ꝙ̄ in homine. quod patet: quia ꝙ̄cito angelꝰ est habet potestatē volēdi: eligēdi: amandi: homo autē non sic vt patet in paruulo qui habet impedimentum a carne: et expectat tēpus vt habeat vsum rōnis: ergo perfectius est liberū arbitrium in angelo ꝙ̄ in hoīe. Si autem obiiciatur sic. Ubi est maior libertas: ibi ꝑfectius liberū arbitriū: sed in hoīe maior libertas videtur: quia homo potest conuerti a bono in malū: ⁊ inde a malo in bonū: sed angelus semel vertitur in bonū vel malū sine reuersione: ergo ⁊c. Respōdetur vtique maior vertibilitas est in hoīe ꝙ̄ in angelo: sed nō maior libertas. Liberum vero arbitriū attēditur penes libertatē non vertibilitatē. Alia enim rōne est libertas in creatura: alia vertibilitas: quia libertas est dignitas existens in creatura rationali vel intellectuali ꝑ conuenientiam ⁊ cōuersionem ad primū .s. deum. Vertibilitas autē sequitur ipsam naturam creature rationalis secundum se. Et ideo non sequitur ꝙ vbi est maior vertibilitas sit maior libertas. Hec Alexander in. ii. parte summe.

Liberum arbitriū attenditur penes libertatem nō vertibilitatē.

Item quāuis electio que pertinet ad liberum arbitrium: sit eorū que sunt ad finem: et angelis aduenerit finis eorum: quia scilicet coniuncti sunt ipsi deo inseparabiliter: ac etiam sancti in patria: non tamen sequitur ꝙ cesset in eis electio: nec ꝑ consequens liberum arbitrium. Et ratio est: quia id quod est ordinatum ad finem est duplex. Quoddam vt distans a fine: et in huiusmodi adueniente fine cessat electio eius: quod ordinatur ad illum finem. Sicut nunc quis eligit vel-

le credere ⁊ sperare q̄ electio cessabit in patria. Aliud ordinatum ad finē est vt cōiunctū fini. Et hmōi electio nō cessat adueniēte fine: sꝫ manet cū fine. hīis Tho. sup. ii. sen.

Item sciendū q̄ hoc pertinet ad pfectionē libertatis arbitrij: q̄ possit diuersa eligere: seruato tñ debito ordine finis. Sed q̄ eligat aliquid deuiando ab ordine finis: vt fit in peccando: hoc pertinet ad effectū libertatis: ⁊ ideo maior libertas est in angelis ⁊ sanctis q̄ peccare non possunt q̄ in viatoribus. bea. Tho. i. parte. q. lix. arti. iii. In hoīe est liberū arbitriū et ante peccatum et post pctm̄: aliter tñ et aliter. Unde Hieroñ. ad Damasum. Nos dicimꝰ hoīem semper peccare ⁊ nō peccare posse: vt semꝑ nos liberi confiteamur arbitrij. Si em̄ post peccatū mortale cōmissum: non posset quis vitare peccatū iam non peccaret: q: Augusti. dicit q̄ nullus peccat in eo qđ vitare nō potest. Gregorius etiam dicit q̄ debilis est hostis qui non pōt vincere nisi volentē: ergo non necessitatur ex quo est volēs. Et q̄uis habens habitū necessario faciat ꝺm habitū: non tñ opꝫ q̄ peccator semper faciat ꝺm habitum peccati. Sed ꝑ liberum arbitrium potest vti habitu et non vti. Et facere potest aliqñ contra ipsum habitū peccati: sꝫ cum difficultate. Tamen manente habitu: non pōt contingere q̄ diu maneat nihil agens ꝺm habitū. Item videt̄ q̄ peccator non habeat liberū arbitrium: q: liberū arbitriū diffinitur q̄ est facultas volūtatis et rōnis qua bonū gratia assistēte eligitur. Sed peccator non hꝫ gratiam: ergo non pōt libere eligere bonum: et ita nō habet liberū arbitriū ad bona. Respondetur q̄ ille qui nō habet gratiā potest eligere bonum: sed non meritoriū. Hoc autē nō derogat libertati arbitrij. Dicitur enim homo esse liberi arbitrij: ꝺm q̄ potest agere hoc vel illud. Et nō ꝺm q̄ potest agere sic vel sic taliter. scꝫ qualiter virtuosus agit nisi inquantum pōt acquirere habitū virtutis. Uel etiā sic potest aliter respōderi. Licꝫ gratiā qua homo possit meritoria opera facere nō possit quis ex libero arbitrio promereri seu acquirere potest tamen ad eam gratiam habendā se preparare: que ei a deo non denegabitur si faciat quod est in se: ⁊ ideo nō est omnino extra potestatem arbitrij opera meritoria facere: q̄uis potestas arbitrij per se ad hoc non sufficiat: eo q̄ modo qui ad meritū requiritur facultatem nature excedit: non autē modus qui est in operibus et virtutibus politicis. Nullus autē diceret hominē non esse liberi arbitrij q: non pōt taliter velle eligere: sicut deus vel angelꝰ. Quod autē Augu. dicit q̄ necesse est hoīem peccare ante reparationē dāpnabiliter. Intelligit̄ aliquo posito: tamen respectu nullius hꝫ necessitatē. Uel dicas q̄ de hoc est duplex opinio. Quidā dicūt q̄ homo in mortali existēs non pōt diu manere quin peccet mortaliter: potest tñ vitare hoc vel illud mortale sicut cōiter omēs dicunt de venialibus. Quidā alij dicunt q̄ in mortali existens pōt vitare omē mortale non tamē potest vitare quin sit sub peccato: quia non pōt per se resurgere sine gratia: sicut potuit per se cadere: et ꝺm hoc libertas arbitrij sustinetur.

qualiter liber arbitriū est in hoie

§. III. Notādum igitur q̄

Primꝰ error.

duplex error extat circa liberū arbitriū. Unus est eoꝝ qui dicunt per liberū arbitriū posse hominē sufficienter mandata implere omnia: et meritorie agere sine grā dei. Sed per gratiā facilius operatur bene. Et hoc est heresis pelagianoꝝ. xxiiii. q. iii. c. penul. Et condēnatur de conse. distin. iiii. placuit. iiii. vbi dicit̄. Placuit vt quicūq; dixerit iō nobis gratiā iustificationis dari: vt qđ facere per liberū arbitrium iubemur: facilius possimꝰ implere per gratiā: tanq̄ etsi gratia nō daretur: non quidem facile: sed tamē possumus etiā sine illa implere mandata diuina: anathema sit.

Scd̄us error.

Secundus error: est eoꝝ qui dicunt actus humanos ex necessitate procedere: et hoc vel ex constellationibus sub quibus homines nascuntur vel ex immutabilitate diuine prescientie. Sed primū scꝫ de cōstellationibus. xxvi. q. iij. igitur genus. Et per August. in. v. de ciui. dei reprobatur. Scd̄m reprobat̄ per beatū Tho. in. i. pte. ⁊ etiā ⁊ in decre. xxiij. q. iiij. nabuchodonosor. §. due sunt. vbi Augu. Si qđ prouidentia dei presciens videt: id necesse est esse: tametsi nullaꝫ nature habeat necessitatē. At quidē ea futura que ex libertate arbitrij prouenīunt prescientia cōtinet̄ur. Hec igitur ad intuitū relata diuinū necessaria fiunt per dispēsationem diuine notionis: per se hō cōsiderata absolute nature sue libertatē non deserūt. Fient igitur procul dubio cūcta que futura deus esse prenoscit: sed eoꝝ quedā de libero proficiscunt̄ arbitrio. hec Augu. ibi. Quod homo sit liberi arbitrij ꝓbat̄ ꝑ illud Eccli. xv. Deꝰ ab initio cōstituit hoīem: et reliq̄t eum in manu consilij sui. i. in libertate arbitrij ꝺm glo. Ad qđ etiā facit qđ dicit Hiero. cōtra Iouinianum: scꝫ liberi arbitrij nos cōdidit deꝰ: nec ad virtutes: nec ad vitia necessitate trahimur. Alioquin vbi necessitas: ibi nec corona. de peni. dist. ii. si em̄ inquit. §. ceterum. Scd̄o probatur ex legum ordinatione ⁊ exhortatione sic. Precepta et prohibitiones nō debent fieri nisi ei qui pōt facere alr̄ em̄ frustra fierent. sed homini etiaꝫ diuinitꝰ fiunt prohibitiones et precepta. ergo in hoīs ptāte est facere ⁊ nō facere: et ita est i eo liberū arbitriū. Tertio ex ꝓmio ⁊ pena sic. Nullus debet puniri vel premiari ꝓ eo vel de eo qđ nō est in eius potestate facere et nō facere. Sed hō iuste a deo punitur ⁊ premiat̄ ꝓ suis operibꝰ. ergo homo potest operari et non operari: ⁊ ita est liberi arbitrij. Quarto q̄ hō sit liberi arbitrij ꝓbatur rōne sic. Ubicūq; est intellectꝰ est ⁊ liberū arbitriū: sed in hoīe est intellectus: ergo ⁊c. Maior sic ꝓbatur. Ubi est estimatio vel discretio ibi est et electio: sed in hoīe est estimatio ⁊ discretio q̄ pertinēt ad intellectū. Nam iudicāt vel discernunt ꝑ apprehēsionē veritatis. ergo ⁊ ibi est electio q̄ pertinet ad liberū arbitriū. Nā voluntatē habēt indeterminatā: respectu aliquoꝝ libere eligēdi vel nō eligendi: qđ pꝫ per experientiā: dū quis eligit vnū postea cōtrariū: ergo est liberū arbitriū. Quinto ꝓbari pōt per exēplū qđ ponit Aug. de nabuchodonosor ⁊ pharaone. xxiij. q. iiij. nabuchodonosor. vbi dicit. Nabuchodonosor penitētiā meruit fructuosaꝫ. Nōne post innumeras impietates flagellatꝰ penituit: ⁊ regnū qđ amiserat rursus accepit. Pharao autē ipsis in flagellis durior est effectus ⁊ periit. ⁊ infra. Quātū ad naturā ambo homines erāt: quantū ad dignitatē ambo reges: quantū ad causam ambo captiuū dei populū possidebāt: quantum ad penā ambo flagellis clementer admoniti. Quid ḡ fines eoꝝ fecit esse diuersos: nisi q̄ vnus dei manū sentiēs in recordatione ꝓprie iniquitatis ingemuit: alter libero ꝯ dei misericordiā ꝯ veritatem pugnauit arbitrio. hec ibi.

Hō hꝫ liberū arbitriū

Probatur hoc idem sexto ex sufficiēti diuisiōe sic. Actuū humanoꝝ oportet aliquam causam dare. Nō autē possumus dicere q̄ ꝓpria causa eoꝝ imediate sit deꝰ. Ratio est: q: ea q̄ sunt a deo immediate non possunt esse nisi bona. Actus autem humani. aliq̄ sunt mali. alij sunt boni. Scd̄o nō possumꝰ dicere q̄ causa eoꝝ sit necessitas: q: ea q̄ sunt ex necessitate eueniūt semꝑ: et eodē modo se hñt: vt ortus solis et hmōi. Hoc autē nō est in humanis actibus: q: innumerabilit̄ variant̄. Tertio nō possumus dicere esse cām eoꝝ fortunā vel casum: q: fortuna et casus est eoꝝ que raro eueniunt: et ꝑter intētionē. vt dr̄. ij. physic. Ergo relinq̄tur ipsum hoīeꝫ facientē esse causam suoꝝ actuū et principiū: et hoc per liberū arbitriū. Septimo ꝓbatur idē ex diffinitione liberi arbitrij. diffinit̄ em̄ sic. q̄ est facultas volūtatis et rōnis ⁊c. sed in hoīe inuenit̄ rō et volūtas. ergo ⁊c.

Illa que sūt a deo imediate nō possunt esse nisi bona.

Pro huius declaratiōe dicit Tho. i. parte. q. lxxxiij. art. i. Q̄ḋ quedā agūt absq; iudicio: sicut lapis mouet̄ deorsuꝫ et simil̄r oīa cognitiōe carētia. Quedā alia agūt iudicio: sed non libero sicut aīalia bruta. Iudicat enim ouis lupū videns eū esse fugiendum naturali iudicio et non libero: q: non ex deliberatione: sed ex naturali instinctu hoc iudicat. Et simile est de quolibet iudicio animaliū brutorum.

Sed homo agit iudicio libero: quia per vim cognoscitiuã iudicat aliq̃d esse fugiendũ vel ꝓsequendũ. Sed qꝛ iudiciũ istud nõ est ex instinctu naturali in particulari operabili: sed ex collatiõe quadã rõnis: ideo agit libero iudicio potẽs in diuersa ferri. Ratio eñ circa contingẽtiã viã hʒ ad opposita: vt pʒ in dialecticis ꝓpositionibus: ⁊ rhetoricis persuasionibus. Particularia autẽ opabilia sunt q̃dã contingentia. ⁊ ideo circa ea iudiciuʒ rationis ad diuersa se hʒ: et nõ est determinatũ ad vnũ. Et tanto necesse est ꝙ homo sit liberi arbitrij ex hoc ipso ꝙ est rõnalis. Qḋ autẽ dicit aplus ad Rom̃. vij. Non eñ qḋ volo bonũ hoc facio sed qḋ nolo malũ illud ago. nõ est ꝯ determinata. Nã appetitus sensitiuus: ⁊ si in aliquo possit repugnare rationi cõcupiscẽdo ꝯ illud qḋ dictat ratio: tñ ex hoc tñ non tollitur quin subijciatur rationi. Et hoc est bonũ qḋ homo nõ facit cum vult: quia scilʒ vellet non concupiscere. idest nõ sentire motũ sensualem ꝯ rationẽ: et tñ sentit. Sed ꝑ hoc non tollit̃ libertas arbitrij: qꝛ ibi nõ est assensus rationis in tali motu: qui requirit̃ in actu liberi arbitrij. Similr̃ ꝙ idem aplus dicit ad Rom̃. ix. Nõ est volentis neq̃ currentis ⁊c. Non sic est intelligendũ quasi homo nõ velit ⁊ currat idest operetur bene ⁊ feruẽter libero arbitrio. Sed qꝛ liberũ arbitriũ ad hoc nõ est sufficiẽs: nisi moueatur ⁊ iuuetur a deo qḋ etiã dicit̃ Hierem̃. x. Nõ est in hoie via eiꝰ: neq̃ viri est vt ambulet ⁊ dirigat gressus suos. Intelligitur quantũ ad executiões electionũ suarum in q̃bus potest homo impediri: velit nolit. Sed electiões ipse q̃ pertinent ad liberũ arbitrium sunt in nobis supposito diuino auxilio. Hec beatus Thom̃. vbi s.

§. IIII. Libertatez arbitrij

Nõ hʒ libertatẽ arbitrij vertibilẽ in malũ.

vertibilem in malũ dedit deus homini: seu fecit deus hominem liberi arbitrij vertibilem in maluz quinq̃ rationibus. Prima ratio est manifestatio diuine potentie. Voluit eñ deus ostendere homini: ꝙ sicut sine eo factus nõ fuerat: ita nec sine ipso persistere poterat. Vt ergo cognosceret ꝙ diuinũ posse non solum est oĩs potentie: sed etiã omnis potentie conseruatiuũ: ⁊ ꝙ ille solus est indefectibilis ⁊ inuertibilis: ideo voluit et sibi placuit creaturã rationalem facere vertibilẽ: nec ipsam confirmare in bono: quousq̃ illi constaret ꝙ ipse solus deus est: in quo non cadit non posse. Ad quod facit qḋ ait Augu. de peni. dis. ij. c. si. §. vlti. dicens. Solus ille omnipotens vocatur qui hoc non põt: scʒ peccare: qꝛ omnia potest que posse est aliquid posse. Scḋa ratio est manifestatio diuine sapiẽtie: ex ordine malorum cũ bonis. scʒ ex vertibilitate hominis i malum: qḋ quidem malum deus ordinat cũ bonis. Ex eo eñ ꝙ deus ex malo bonũ eliciat: diuine sapientia manifestat̃: eo ꝙ maioris sapientie est ordinare malũ cũ bonis: ⁊ elicere bonũ ex malis: q̃ ordiare solũ bona cũ bonis: vel elicere bona ex bonis. Et iõ cũ deceret nec possibile esset deũ facere mala: debuit talẽ facere creaturã que posset in operãdo deficere et malũ cõmittere: vt deus mala illa ordinãdo in bonũ suã sapientiã declararet. Dicit eñ Augu. in. x. de ciui. dei. Neq̃ deus vllum non dico angelorum vel hoim crearet: quẽ malũ futurũ esse presciret: nisi pariter nosceret q̃bus eos bonorum vsibus cõmodaret. Ostendit̃ etiam dei sapientia in huiusmodi vertibilitate ex comparatione meriti ad premiũ. Nemo eñ est dignus coronari nisi q̃ legitime certauerit. ij. ad Timoth. ij. Et ideo decuit diuinaʒ sapientiam prius hoiem quasi in campo certaminis examinare q̃ in gloria coronare et exaltare. Ad hoc facit qḋ habetur. lix. disti. c. i. vbi dicitur. ꝙ dignitates nec ecclesiastice nec seculares cõferende sunt non examinatis seu ꝓbatis laboribus et exercitijs. Tertia ratio est manifestatio diuine misericordie: que potissimũ manifestata est cuʒ vnigenitum suum tradidit pro hominis liberatione. Vñ Joh. viij. ait ipse vnigenitꝰ. Si filius vos liberauerit: vere liberi eritis. Vbi August. Si filius vos liberauerit: non a barbaris: sed a diabolo: non a corporis captiuitate: sed ab aie iniquitate. Et Grego. ait Redẽptor noster totius conditor creature: ad hoc propitiatus humanã carneʒ voluit assumere vt diuinitatis sue gratia dirupto quo tenebamur captiui vinculo seruitutis: scʒ peccati: pristine nos restitueret libertati. xij. q. ij. cum redẽptor. Quarta ratio est manifestatio diuine iusticie: que potissime manifestat̃ in hoc ꝙ deus tribuit vnicuiq̃ ꝺm opa sua: scilʒ bonis bona eterna tribuendo: ⁊ malos eterna pena puniẽdo. Hec autẽ retributio et punitio eterna nõ fuisset nisi deus hoiem in statu vertibilitatis condidisset: qꝛ non meretur aliq̃s vel demeretur: et ꝑ consequẽs non premiat̃ nec punitur: nisi ꝑ hoc ꝙ est dñs suorum actuũ per liberã volũtatẽ. Ad hoc etiã facit qḋ dicit Augu. Vasis ire nunq̃ deus redderet interitũ si nõ spontaneũ inueniretur homo habere pctm̃. xxiij. q. iiij. nabuchodonosor. §. i. Et Hiero. Vbi necessitas scʒ benefaciendi ibi nec corona: scʒ debet̃. de peni. dist. ij. si eñ. §. ceterũ cõfido. Quinta ratio est augmẽtatio glie beatorum. Nam gloriosius est homini in vertibilitate ad malũ condito quodãmodo ex meritis gloriã obtinere: q̃ in inuertibilitate conditũ fuisse: et sic sine aliquo genere meriti beatificari. Et ꝓpter hoc ad cõmendationẽ iusti vertibilis i malum dr̃ Eccli. xxxv. Qui potuit trãsgredi et non est transgressus scʒ ꝑceptũ: etiam ab hoie puniendũ: et facere mala et nõ fecit: quoad occulta: ideo stabilita sunt bona illiꝰ in dño: idest opera illius sunt firmata in dño: quasi in fundamẽto. quasi diceret. premia illiꝰ firmiter reseruata sunt a domino. Hec Alexã. ij. parte summe. q. lvi. exceptis allegationibus decretorum.

§. V. Quod liberum arbitrium

Homo ⁊ angelus debẽt habere liberũ arbitrium

debuit dari a deo ⁊ angelo ⁊ homini: ostendit̃ rationibus ⁊ similitudinibꝰ. Rationibus quidẽ sic. Primo ex comparatione boni. et est interrogatio Aug. a Deodato. Quid tibi meliꝰ esse videt̃ in nobis. An illud sine quo recte viui potest: an illud sine quo viui non põt. Respondet Deodatus. Quis ambigat id longe esse prestantius sine quo recta vita nulla est. Aug. Cum ergo in corpore concedas esse aliquid: quo amisso tñ ad recte viuendum nõ impeditur homo: voluntas libera tibi videtur nullũ bonuʒ sine quo recte nemo viuit. et cõfirmat per exẽplũ dicens. Vides quãtũ boni desit corpori cui deficit manꝰ: ⁊ tamen manibus male vtitur qui eis vel seua vel turpia operat̃. Si aspiceres aliquẽ sine pedibus fatereris esse integritatem corporis plurimũ bonũ: et tamen qui vteretur ad nocẽduʒ alicui vel seipsum dehonestando male vti pedibus nõ negares: ⁊ sic de oculis ⁊ de alijs. Quẽadmoduʒ ergo ista probas in corpore et nõ intueris eos qui male vtũtur in his laudas illum qui hoc dedit donum: et qui hec dedit bona: sic liberam voluntatem sine qua nemo potest recte viuere oportet esse bonum etiam diuinitus datum: ⁊ potius eos esse damnãdos qui hoc bono male vtũtur: q̃ eũ qui dederit dare nõ debuisse fateris. Secunda ratio est ex sufficienti diuisione boni. Nam bonorum quedam sunt magna: quedam minima: quedaʒ media. Bona magna sunt quibus recte viuitur: vt virtutes quibus nullus male viuit. Bona minima sunt: vt species vel sensus quorũ libet corporũ sine quibus recte viui potest. Bona media sunt sine quibus recte viui nõ potest: vt potẽtie. Volũtas ergo libera videtur tibi nullum bonum sine qua recte nemo viuit. Tertio debuit deus dare liberum arbitriũ ad perfectionem vniuersi. Si quis enim dixerit. non erat taʒ difficile aut laboriosum omnipotenti deo vt omnia queq̃ fecit sic haberent ordinem suum vt nulla creatura vsq̃ ad miseriam perueniret. Nõ eñ est dicere vt hoc aut impotẽs nõ potuit: aut nõ bonus inuidit. Respondeo et dico ordinem creaturarum a summa vsq̃ ad infimam: ita gradibus istis decurrere: vt ille inuideat qui dixerit: ista non esse: ⁊ ille inuideat qui dixit ista talia nõ debere esse.

Bona sunt triplicia.

Si enim talis vult esse inferiorem: qualis est natura vel creatura superior: iam illa est et tāta est vt adijci non possit: q2 perfecta est. Vbi gr̄a. q̇ diceret lunā debere esse vt solem dupliciter errat. Uno mō: q2 ad rerū pfectionez aliq̇d cupit cū desiderat alterū solem. Alio modo: q2 perfectionez vniuersi vult minuere: cū lunā vult detrahi. Sic a simili. Si dicis ꝙ de⁹ voluntatē nostrā debuit facere impeccabilem: ⁊ sic esset absq3 miseria. Erras primo: q2 vis adijcere voluntati diuine: qđ est impossibile cū illa sit pfectissima. Scđo q2 vis diminuere pfectionē vniuersi: cū etiam nr̄a miseria ad perfectionē vniuersi faciat. Defuisset autē huic perfectioni si beati semp essemus. Quapropter si ad miseriā nisi peccādo nō puenit aīa: etiā peccata nr̄a necessaria sunt pfectioni vniuersitatis quā condidit deus. Quid enī tam opus h3 misericordia ꝗ̄ miser. Et q̇d tā3 indignū misericordia ꝗ̄ miser supbus. Qđ probat Aug. p exēpluz tale. Quid tā dignū in domo ꝗ̄ homo. Et quid tam indignū abiectū et infimū ꝗ̄ cloaca domus. Seruus tn̄ in tali domo deiectus intantū vt mūdādo cloacē dign⁹ habeatur: ornat domū etiā turpitudine sua. Et vtrūq3 hoꝝ scilz seruus ⁊ mūdatio cloace: faciūt ad pulchritudinē dom⁹. Hinc fit vt creatura superior peccās ceteris inferioribus puniatur: quia tn̄ ille sunt in fine: vt ornari etiā a turpib⁹ animis possint: atq3 ita vniuersitatis decori ɔgruere. Habitationi ḡ celesti talis anima nō cōgruit p peccatū: terrestri autē congruit per suppliciū. Raynerius.

Liberū arbitriū est debilitatū in modo.

§. VI. De libero arbitrio

qđ est debilitatū in modo. Confirmatum in bono. Obstinatū in malo. Et quantū ad primū dico ꝙ liberum arbitriū est debilitatū in mō. Nā in eo q̇ incidit in pcm̄ liberū arbitriū non est ablatum: sed đr esse debilitatū. hoc modo sc3 qđ prius ante pcm̄ facile poterat: postmodū post peccatū sine difficultate ⁊ pugna non possit. Sed ɔ magister senten. in. ij. dist. xxv. dicit ꝙ homo ante recuperationē grē non pōt non peccare etiā mortaliter: ergo sine gratia nō potest homo vitare peccatū. Et sic liberū arbitriū videt̄ esse ablatum vel coactuz. Respōdeo et dico ꝙ liberū arbitriū etiam post peccatū potest vitare pcm̄: qđ ostenditur similitudine et ratione. Et similitudo exempli patet ex hoc. Sicut videre dicitur dupliciter: vt dicit phūs in. ij. de aīa. sc3 habere visum et vti visu. Ita etiā peccare dicitur dupliciter. Unde cum đr: ante recuperationē gratie homo non pōt nō peccare: intelligitur nō habere peccatū. Nam anteꝗ̄ homo per dei gratiā repararetur et a pctō liberaret̄: semp erat in peccato. Sed non pōt intelligi ꝙ non potest hō non vti pctō: quia existēs in mortali pōt per liberū arbitrium peccatū cōmittendū vitare: ꝗuis non tam faciliter sicut ante peccatū. Ratio autē idem probatur tali. In omnibus que sub electione cadunt voluntas libera manet. Electio aūt est actus liberi arbitrij: ergo ⁊c. Un̄ dicere ꝙ volūtas velit aliquid ⁊ cogatur ab eo: est implicatio contradictionis: q2 necessitas coactionis est cōtraria voluntati: vt in. v. Metaph. dicit phūs. Eo ꝙ voluntarium est cuius principiū est abintra. Violentum autē est cuius principiū est abextra: vt dicit philosoph⁹ in. iij. Ethicorū. Ergo etiā post pcm̄ remanet volūtas libera ad nō peccādū vel peccatū sequēs vitandū. Hec btūs Tho. in. ij. senten. distic. xxv. raynerius. Ad hoc etiam facit quod dicitur dist. xlv. de iudeis. vbi sic habetur. Sicut homo propria arbitrij voluntate serpenti obediens perijt. sic vocante se gratia dei ppria mentis conuersione quisq3 credendo saluatur. Ergo nō vi sed liberi arbitrij sui volūtate ⁊ facultate: vt conuertantur suadendi sunt: non potius impellēdi. Hec ibi. Secundo liberū arbitriū considerari pōt vt cōfirmatum in bono. Et ex natura quidē non potest liberuz arbitriū esse confirmatū in bono. Et ꝙ nulla creatura rationalis habeat liberū arbitriū confirmatum in bono ex sui natura. Probatur primo ex ipsius inuentione. Nam

Nulla creatura de se ē cōfirmata in bono.

liberum arbitriū non inuenitur in aliqua creatura nisi in angelo ⁊ in hoīe: sed ta3 homo ꝗ̄ angelus peccauit: ergo nullius creature liberū arbitriū est naturaliter confirmatum in bono. Scđo idem probatur exēpli inductiōe sic. Proprietas nature superioris nō pōt inferiori nature naturaliter cōuenire nisi in superiorē naturā cōuertatur. vt Vbi gr̄a. Sicut nō pōt fieri ꝙ aq̄ naturaliter sit calida nisi cōuertatur in naturā ignis: sed habere indefectibilē bonitatem est ppriet as diuine nature: ergo nō potest esse ꝙ alicui alij nature cōueniat naturaliter: nisi in diuinā naturaz cōuertat̄: qđ est impossibile. Tertio probatur idem rōne tali. Quelibet creatura cū nō sit vel cū nō habeat p se cē: est ex nihilo pcedens: ⁊ ideo flexibilis ⁊ ex se ad nihilū tēdens. Preterea cū nulla creatura sit bonū vniuersale sed particulare: ex se est contrarij. i. mali suscipiēs. Solus aūt deus est naturaliter impeccabilis. Tum q2 ipse est bonuz essentiale et actuale nullius potētie permixtionē recipiēs Tum q2 ipse est bonū vniuersale nulla pfectione carens. Tum quia ipse est necesse incipiēs: nec ad nō esse tendēs vel esse desinēs. Et ideo solus deus h3 liberū arbitriū naturaliter impeccabile et cōfirmatū in bono. beat⁹ Tho. in questionibus de Virtute. Rayneri⁹. Et gr̄a autē pōt liberum arbitrium confirmari in bono etiam in statu vie. Et

Et gr̄a creatura pōt ɔfirmari in bono

hoc probatur exempli inductiōe: ratione: et distinctione. Exempli inductiōe patet in beata virgine maria: q̄ in statu vie ita fuit confirmata in bono vt deinceps peccare nō posset. Et merito cōpetebat eo ꝙ beata Vgo erat mr̄ sapiētie diuine: in q̄ nihil coinq̇natū incurrit. Sap. vij. Probat̄ idē per exēplū aplōꝝ: qui p aduentū spūsscti fuerūt confirmati in bono. qđ etiā decuit: q2 erāt quasi fundamentū et basis toti⁹ ecclesiastici edificij: vn̄ oportuit eos esse firmos. Scđo pbatur hoc idē rōne sic. Tūc homo habet liberū arbitriū in bono confirmatū qn̄ bonū perfectuz qđ deus est mēti humane est vnitū: sed deus mēti humane vnit̄ p gratiam: nō autē per naturā: ergo liberū arbitriū confirmari pōt per gratiā nō p naturā. Cōfirmat̄ hec ratio p exēpluz in humano corpe: q2 corpus humanuz h3 ex sui natura ꝙ sit corruptibile: sed dono grē efficit̄ incorruptibile. j. Cor. xv. Oportet hoc corruptibile induere incorruptionez. ita liberū arbitriū hoīs qđ ex sua natura h3 ꝙ sit flexibile in malū: per gratiā pōt in bono confirmari. Exemplū aliud induci pōt sc3 de aere ⁊ de luce. Sicut enī aeri naturaliter repugnat ꝙ sit actu lucidus: non tn̄ ꝙ possit illuminari. Ita repugnat libero arbitrio ex eo ꝙ est ex nihilo ꝙ sit naturaliter confirmatū in bono: nec hoc ei nisi per gratiam concedi pōt. Et sicut lux superueniens aeri aufert obscuritatem aeri: quā sine luce habet naturaliter: ita et defectu liberi arbitrij est ꝙ in malū flecti pōt. Et hunc defectū aufert gratia perficiēdo naturā liberi arbitrij cōfirmās ipm in bono. Tertio pbatur h̄ distinctiōe sic. Dupliciter aliquis est pfectus: sc3 ꝭm quid. vt in via qn̄ quis h3 fidem et charitatē ꝭm modū vite p̄sentis. Et simpliciter vt in p̄ria quando perfecte diligit deuz: nec tamē in via aliquis omnino perfectus est vt in patria. ita aliquis potest esse confirmatus in bono in via: qui tamē nō est cōfirmatus omnino in bono vt in patria. verbi gratia. Aliquis habet liberum arbitriū confirmatū in bono dupliciter. Uno modo simpliciter: ita ꝙ oīno peccare non pōt: sicut beati qui sunt in patria habētes in se sue firmitatis sufficiens principium sc3 donū glorie: ex quo oīno peccare non possunt. Alio modo dicunt̄ aliqui ɔfirmati in bono: per hoc ꝙ eis datur donum diuine gratie: quo ita inclinantur in bonuz ꝙ non de facili possunt deflecti a bono. non tamē per hoc donū retrahunt̄ a malo ꝙ omnino peccare nō possint: nisi diuina prouidentia custodiente. et hoc modo aliqui in statu vie possunt cōfirmari in bono: sc3 ex dono gratie ⁊ non primo modo. scilz ex dono glorie: vt in statu patrie. Et ratio est: quia non potest aliquis omnino impeccabilis reddi; nisi auferatur totaliter omnis origo peccati. Quod

Perfect⁹ aliq̇s đr dupliciter.

Dupliciter aliq̇s in gr̄a cōfirmat̄.

non contingit in statu vie nisi in dño Jesu qui simul erat
viator ⁊ cōprehēsor. Et nota ꝙ q̄uis liberū arbitriū ho-
minis naturaliter possit flecti ad maluz: non tñ sequitꝰ ꝙ
grã superueniens si tollat istam flexibilitatē ad maluz: ꝙ
propterea destruat naturaz. Non enī per hoc destruit na-
turā: sed perficit eam. Nam et defectus nature liberi arbi-
trij est ꝙ flecti possit ad malū. Sed gratia hunc defectuz
a natura aufert: perficiēdo naturā et in bono confirman-
do. Item posse peccare: et tñ non peccare: nō facit ad me-
ritum: sed ad manifestationē meriti inquantū ostenditur
per hoc opus bonum esse volūtariū. ppter qđ in laudem
viri iusti dicitꝰ. Qui potuit transgredi ⁊ nō est trāsgressus.
eccl. xxxi Et ideo si et gratia cōferatur alicui ꝙ non possit peccare:
non propter hoc minuitur virtꝰ meriti. bea. Tho. in que-
stionibus de veritate. Raynerius. ¶ Tertio liberū arbi-
Quō li- trium cōsiderari pōt vt obstinatū in malo. Quod pōt in-
ber arb. telligi dupliciter. scz vel in vita presenti vel in vita futura.
pōt i ma- Sed obstinatus in malo potest dici quis dupliciter. Im-
lo eē obs- portat enī obstinatio quandā firmitatē animi in peccato
stinatuz a qua reuerti non pōt. Sed ꝙ quis nō possit reuerti a pec-
qđ pōt cato potest intelligi vno modo. scz inquantū vires sue nō
intelligi sufficiunt ad hoc ꝙ liberetur a peccato totaliter: et sic in
duplr. mortale cadens dicitur non posse a peccato resurgere et
ad iusticiā redire. Sed et ista firmitate in pctō nō proprie
quis dicitur obstinatus. Alio modo habet quis firmitatē
in peccato: ita ꝙ nec cooperari pōt ad hoc ꝙ a peccato re-
surgat. Et siquidem istud non posse cooperari ad resur-
gendum intelligitur: quoad facilitatē. idest quia non de
facili potest cooperari ad hꝰ ꝙ exeat a peccato. Sic est ob-
stinatio imperfecta in vita presenti: dum scz aliquis habz
animū firmatum in malū: ꝙ in eo non surgunt motus ad
bonum nisi debiles. tamē quia aliqui surgūt ex eis datur
via vt preparetur quis ad gratiā. Si autē nō posse coope-
rari ad resurgendū a peccato: intelligitur simpliciter ita
scz ꝙ nullo modo pōt cooperari ꝙ exeat de peccato: sic est
pfecta obstinatio qua demones obstinati sunt et dānati.
Nullꝰ in Hoc autē modo non potest liberū arbitriū esse in via ob-
via est p- stinatū. Quod probatur autoritate. similitudine: ⁊ rōne.
fecte ob- Autoritate primo probatur. Naz super illud ad Rom. ij.
stinatꝰ. Scdm duriciā tuam ⁊ impenitēs cor tuū ⁊c. Dicit Augus.
Primo. et habetur in glosa ꝙ ista impenitētia vel cor impenitens
q̄diu quisqꝫ in hac carne viuit: iudicari non pōt. De nullo
enī desperandū est q̄diu patientia dei ad penitentiaz ex-
pectat. Et subdit. Paganus est hodie. Judeus infidelis
est hodie. Hereticus est hodie. scismaticꝰ est hodie. Quid
si cras amplectatur catholicā veritatē et pacē: ⁊ sequatur
catholicam fidē et vnitatē veritatis. Quid si isti quos in
quocūqꝫ genere erroris dānas tanq̄ desperatissimos an-
teq̄ finiant vitā istā agant pniaz: in futuro inueniant ve-
Nota ꝯ ram vitā. Nolite ergo anteq̄ veniat tēpus iudicare. Hec
desperan- ille. Et leo papa. Nemo est desperandus dum in hoc cor-
tes. pore constitutus est: qꝛ non nūq̄ qđ diffidentia etatis dif-
fertur: consilio maturiori perficitur. de peni. dis. vij. nemo.
Scdo. Scdo probatur idē ratione sic. Quod quis peccat: aut
peccat ex rationis errore aut ex passione: aut ex habitꝰ in-
clinatione. Et si quidē peccat homo ex errore rationis: qꝛ
nō in gnāli sed in particulari errat: tūc ratio nō ita perti-
naciter inheret falso: quin per ꝯriam rationē a tali pecca-
to auerti possit. Si vero ex passiōe peccat passio resoluitur
et reprimitur: et sic a peccato auertitur. Si autē peccat ex
habitꝰ inclinatiōe: tunc qꝛ totaliter habitus aiam nō cor-
rūpit potest a peccato auerti. Et sic patz ꝙ quocūqꝫ mō vel
motiuo quis peccet potest a peccato liberari et penitere.
Tertio. Tertio ostenditꝰ idem similitudine morbi. Naz morbus
potest esse incurabilis tribus ex causis. Prima ppter na-
turam morbi vt lepra et hmōi. scda ppter imperitiā medi-
ci. tertia ppter indispositionē subiecti. Sed morbus spūa-
lis viatoris hois. s. peccati. nō est incurabilis ex prima cā:
scz ex natura morbi. qꝛ non peruenit ad terminuz malicie.

Neqꝫ ex scda causa: scz imperitia medici: quia deus scit et
pōt omē peccatū curare. Vn ex septima synodo habetꝰ. Om-
nē penitentiam recipit deus. ⁊. j. bonus in oībus deus: et
aperta sunt viscera eius omni homini penitenti. j. q. vij. si
quis omnē. Neqꝫ ex tertia causa. s. indispositione hois: qꝛ
sicut per alium in peccatū cecidit: ita per alium resurgere
pōt. Ergo in statu vie nullus pōt esse ita obstinatus: scz
immutabiliter firmatus in malo: quin resurgere possit et
liberari. Unde Chrysost. Etiā si ad summū qs peruenerit
malorū et inde tñ velit reuerti ad virtutis viā suscipit deꝰ
libenter amplectitur. et oīa facit vt ad priorē reuocet sta-
tum. de peni. dist. iij. talis. Raynerius. Sed in alia vita: In alia
scz in inferno liberū arbitriū est omnino firmatū immuta- vita lib.
biliter in malo. Et hoc pbatur autoritate. ꝯrietate: et ra- arb. ē fir-
tione. Autoritate quidē Eccle. xi. Ubi ceciderit lignum. i. matū im-
homo per mortē siue ad austrum siue ad aquilonē. i. siue in mutabi-
statu gratie siue in statu mortalis peccati: ibi erit: scilz im- liter.
mutabiliter. Et Luc. xvj. dixit Abraā. Chaos magnū fir-
matū est inter nos ⁊ vos ⁊c. qđ est immutatio status. Et
damascenus. Qđ est homini mors hoc est angelis casus.
sed homines post mortē nō sunt capaces penitentie. Er-
go nec angeli post casuz. Scdo probatur hoc ꝯrietate sic.
Felicitati beatorꝫ opponitur miseria dānatorum. Sed ad
felicitatem beatorꝫ pertinet: ꝙ habeāt liberū arbitriū ita
firmatū in bono: ꝙ nullo modo possunt deflecti in malū.
ergo etiā ad miseriā dānatorꝫ pertinet: ꝙ ita sint obstinati
et firmati in malo ꝙ nullo mō possint deflecti in bonum.
Tertio pbatur idem rōne. Et prima ratio ad hꝰ est ex de-
fectu penitētie sic. Nō patꝫ reditus de peccato in bonū nisi
per pniam. Sed in agente malū ex certa malicia: et dece-
dente in ipso nō cadit penitentia: ergo est immutabiliter
confirmatus in malo. Alia ratio est ex defectu grē sic. Si-
cut grā superinfusa confirmatur liberū arbitriū in bono.
ita diuina gratia exclusa firmatꝰ liberū arbitriuz in malo.
Sed in eo qui decedit in mortali est grē priuatio et cōclu-
sio: igitur talis sic decedēs penitere nō pōt. Tertio pbatꝰ
ex effectu diuine iusticie sic. Justicia diuina exigit vt sicut
gloria beatorꝫ est perfecta ⁊ perpetua: ita dānatorū pena
et miseria perpetua sit: qꝛ vt hꝫ Mat. xx. Ibunt hi in sup-
plicium eternū: iusti autē in vitam eternā. Ergo liberū ar-
bitrium demonū et dānatorū est ita firmatum in malum:
ꝙ ad bene volendū reuerti nō possunt. Et si arguatur sic
in cōtrariū. Fortior est charitas q̄ cupiditas ad peccatuz
pertrahēs. Juxta illud qđ dicit glo. sup illud. Bonū mihi
lex oris tui super milia auri ⁊ argenti. Sed demones vel
hoies a charitate in peccatū ceciderūt. Ergo multo fortiꝰ
a peccato redire possunt ad charitatē: ⁊ a malo ad bonū.
Respōdeo ꝙ charitas est fortior: q̄ cupiditas vel peccatū si
fiat cōparatio scdm eundē modū habēdi: vt scz vtrūqꝫ acci-
piatur vel in via vel in termino vie. Sed si vnūz accipiatꝰ
in via: aliud in termino vie: nō sic est. qđ sic patꝫ. Quia cha-
ritas viatoris est fortior q̄ cupiditas viatoris. Sed exi-
stens in termino malicie firmius se habet: et firmius inhe-
ret. Potest etiā dici ꝙ demones nunq̄ habuerunt chari-
tatem scdm quosdā. ad qđ facit de peni. distin. ij. c. principiū.
Uel si habuerunt nunq̄ eam nisi sicut in statu vie habue-
runt. Hoies autē dānati similiter cadere nō potuerūt nisi
a charitate seu grā viatoris. Hec beatus Tho. in questio-
ne de veritate. Raynerius.

§. VII. Notandū etiam ꝙ

libertas arbitrij excludit coactionē: icludit electionē: ad-
mittit variationē. Quantū ad primū scz ꝙ liberū arbi- libertas
triū excludit coactionē declarandū: notāda est distinctio arbi. ex-
quam facit magister sententiarꝫ. ij. lib. di. xxv. de libertate. cludit co-
Dicit enim ꝙ est triplex libertas arbitrij. s. a necessitate: a actionē.
pctō: ⁊ a miseria. Ratio huius distinctiōis scdm bea. Tho. Duplex
est ista: qꝛ coactio quā excludit libertas est duplex. Que- est coa-
dam est perfecta ⁊ sufficiēs: que hꝫ compulsio: ⁊ sic prima ctio.

libertas est a necessitate vel coactiōe: q̄ libertas a coactio
ne per se et semꝑ sequit̄ liberū arbitriū. Vn̄ dicit magister
sen. ibidē: ꝙ liberū arbitriū et ante pctm̄ ⁊ post eque libe-
rū est a coactione: q: sicut ante pctm̄ cogi nō poterat: ita
nec mō. Ideoq̄ volūtas merito apud deū iudicat̄: q̄ semꝑ a
necessitate libera est ⁊ cogi non pōt. Vbi necessitas ibi li-
bertas nō est: vbi libertas nō est: nec voluntas est: ⁊ ideo
nec meritū. hec magister ibidē. Quedā vō coactio est im-
perfecta et insufficiens: q̄ potiꝰ impulsio q̄ꝫ coactio dicit̄.
Et hec est duplex. Vna est impulsio: q̄ ꝑ se liberū arbitriū
impellit vel impedit: sicut habitꝰ et dispositiōes que sunt
in aīa. Et sic est libertas a pctō. De qua .ij. Cor. iij. dic̄ apl̄s
Vbi spiritus dn̄i: ibi libertas. et veritas in euāgelio Ioh.
viij. Si filiꝰ vos liberauerit vere liberi eritis. Que libertas
a peccato: etsi post pctm̄ non tollitur: tamen debilitatur.
Scd̄a coactio imperfecta q̄ impulsio impellit vel impe-
dit liberū arbitriū per accidēs: sicut impotētie ⁊ penalita
tes: que sunt ex pte corꝑis vsum liberi arbitrij impedien-
tes: ⁊ sic est libertas a miseria. De qua apl̄s ad Rom. viij.
Ipsa creatura liberabit̄ a seruitute corruptionis in liber-
tatē glorie filioꝝ dei. Vbi notādū ꝙ nulla miseria vel pe-
nalitas corꝑis libertatē illā que est a necessitate coactio
nis excludit: eo ꝙ nunq̄ ad tantā miseriā vel penalitatē
corꝑis deuenit̄: ꝙ liberū arbitriū cogi possit. bea. Tho. in
scrip. sup. ij. sentē. dis. xxv. Raynerius. Cōtra p̄dicta occur
rit triplex obiectio. Prima est talis. Greg. dicit ꝙ peccatū
qd̄ per penitentiā non diluitur: mox suo pōdere ad aliud
trahit. Cum ergo tractio sit quidā motus violentus s̄m
philosophū: ergo videtur quis cogi ad peccatū. Respon
deo s̄m bea. Tho. in q̄stionibꝰ de veritate: ꝙ peccatū com
missum non trahit cogendo voluntatē sed inclinādo: in-
quantū priuat gratia per quā fortificabat̄ contra pctm̄: ⁊
inquantū etiā ex actu peccati relinquitur dispositio et ha
bitus in aīa. Scd̄o arguitur sic. Quicunq̄ vincitur: ab
aliquo cogit̄. sed s̄m philosophum incontinēs vincitur a
passionibus: ergo passiones cogunt voluntatem. Respō
deo ꝙ incontinens dicitur vinci a passionibus: non ꝙ pas
siones cogant: ⁊ immutent necessario volūtatē: alioquin
incontinēs nō esset puniēdus. Sed dicit̄ talis vinci a pas
sionibus: inquantū earū impulsui voluntarie cedit. Ter
tio arguit̄ per hoc qd̄ dixit paterfamilias Luce. xiiij. com-
pelle intrare. Intratur autē ad cenam patrie per volūta-
tem: ergo per angelum qui est minister dei voluntas pōt
cogi ad aliquid. Respōdeo ꝙ illa cōpulsio nō est coactio-
nis: sed efficacis persuasiōis per aspera vel leuia. Vnde
Grego. Qui huius mūdi aduersitatibꝰ fracti ad dei amo
rem redeunt cōpellunt̄ intrare. Raynerius. Ad hoc etiā
pulchre facit qd̄ habet̄. xxiij. q. iiij. displicet. et. q. vi. iā vō.
§. vltimo. Secūdo libertas arbitrij includit electionem
tanq̄ immediatū et propriū actū eius. Et s̄m hoc Bern̄.
distinguit libertatem in libro de libero arbitrio sic dicens.
Est triplex libertas: scilꝫ arbitrij: consilij: et complaciti.
Ratio huius est: quia cū liberū arbitriū includat electio-
nem. ⁊ nihil sub electione cadat nisi s̄m ꝙ habet aliquam
rationē boni. s̄m diuersos gradus bonitatis in humanis
actibus Bern̄. diuersos gradus libertatis seu diuersas li
bertates distinguit. Vt vō gr̄a. Primo in humanis acti
bus est aliquid bonum q: licitum: qd̄ scꝫ nulla lege prohi
betur, et respectu istius boni liciti dicit libertatē arbitrij:
q: in iudicio nostro cōsistit vt hoc sequamur vel non. Vbi
nota ꝙ liberū arbitriū hꝫ officiū iudicis ⁊ arbitri. Primo
hꝫ officiū iudicis ⁊ h̄ quoad rationē: q: sicut iudex i iudicā
do debet sequi leges: et artatur ad sequendū eas: sic libe
rum arbitriū hꝫ officium iudicis quoad rationē: q: inquā
tū deliberat dꝫ sequi leges. Scd̄o inquantū liberum arbi
triū libere vult tenet formā arbitri. Hoc enim ad volun-
tatem pertinet: libere hoc vel illud velle vel eligere. Et
ideo magis dr̄ liberum arbitriū q̄ꝫ iudiciū. Scd̄o est aliq̄d
in humanis actibus qd̄ non tm̄ est licitum sed etiā vtile.

Liberū arb. iclu-dit elec-tionē.

Liberū ar. hꝫ offi-ciū iu-dicis et arbitri.

Quia omnia mihi licent: sed non oīa expediunt. vt dicit
apl̄s .j. ad Cor. vi. Et s̄m hoc assignat ⁊ distiguit Bern̄. li
bertatē consilij. Nam consiliū est de meliori bono: qd̄ est
expediēs ad salutē. Tertio in humanis actibus est aliq̄d
bonum eligendū qd̄ delectat. Et respectu huius assignat
Bern̄. libertatē complaciti. Vn̄ dicit ibidē Bern̄. ꝙ liber-
tas arbitrij habꝫ discernere quid liceat. Libertas arbitrij
habet probare quid expediat. Libertas arbitrij habet ex-
periri quid libeat. Hec Thom̄. sup. ij. senten. distinc. xxv.

Tertio dico ꝙ liberū arbitriū admittit. i. habet variatio
nem. Et cū sit triplex libertas: vt dictū est: liberū arbitriū
quantū ad libertatē q̄ a necessitate seu coactione compul
siua per se non auget̄ vel minuitur: sed equalr̄ habetur: q:
hoc est naturale et essentiale libero arbitrio: vt sufficiēter
nō cogat̄ coactiōe cōpellente. Et hoc scꝫ nō posse sufficiē-
ter cogi et cōpelli: sequit̄ liberū arbitriū in quolibet statu
scilꝫ ante pctm̄ et post pctm̄. Non q̄ per se augetur vel mi-
nuitur libertas arbitrij: sed ꝑ accidēs tm̄. i. rōne nature in
qua inuenit̄ et quā liberū arbitriū cōseq̄tur: ⁊ hoc sic ꝓba
tur. Omnis ꝓprietas q̄ ꝯsequit̄ aliquā naturā quāto illa
natura in aliquo inuenitur nobilius: tāto etiā illa ꝓprie-
tas ꝑfectius participat̄ ab illo. s̄m quē modū homo dicit̄
minus intelligēs q̄ꝫ angelus. Vn̄ q: libertas arbitrij cōse
quitur naturā et potentiā intellectus et volūtatis: et hec
perfectissime sunt in deo ⁊ in angelo nobilius q̄ꝫ in hoīe.
Ideo libertas a necessaria coactiōe ꝑfectius reperitur et
nobilius in deo q̄ꝫ in angelo: ⁊ in angelo q̄ꝫ in homie ⁊ in
vno āgelo magis q̄ꝫ in vno alio. Vnde pꝫ ꝙ libertas ar-
bitrij nō variat̄ ex parte sue nature vel essentie. sed ꝑ acci-
dens: scꝫ ex parte sue cause que est intellectus ⁊ volūtas.
Nam s̄m ꝙ natura inuenit̄ intellectiua nobiliꝰ in vno q̄ꝫ
in alio: vel minus nobilius. sic libertas ista intenditur vel
remittit̄. Libertas scd̄a q̄ scꝫ est a pctō cōtraria coactionī
imperfecte et insufficiēti: q̄ impulsio vel dispositio nuncu
patur: vt sunt habitꝰ ⁊ dispositiōes interiores pctōꝝ: au-
getur talis libertas vel minuit̄ in hoīe s̄m diuersos actꝰ.
Qd̄ sic declarat̄. Libertas ista a peccato est cōis triplici
statui hominis. s. innocētie: In reparata gr̄a: In gloria.
Et tamē augetur ⁊ minuitur ante peccatū et post pctm̄.
Vnde magister sentē. lib. ij. dist. xxv. Semꝑ volūtas hoīs
libera est: sed non semper bona est. Non eīm est bona nisi
a peccato liberata sit. et subdit. Liberū ergo arbitriū cum
semper et in singulis sit bonū: non tamen est pariter libe
rum in bonis ⁊ in malis. ⁊ ad bona ⁊ ad mala. Liberius
est eīm in bonis vbi liberatū est scꝫ a peccato per gratiam
q̄ꝫ in malis vbi liberatum non est. et liberius ad malū qd̄
per se agit: q̄ꝫ ad bonū quod nisi gratia adiuuetur ⁊ libe
retur non potest. Hec magister. In statu innocentie pote
rat homo peccare et non peccare. In statu nature repara
te potest peccare et non potest non peccare: saltem venia
liter. In statu glorie poterit non peccare et non poterit
peccare. Sed in statu nature destituta gratia non potest
non peccare: etiam mortaliter. idest non esse in mortali
qd̄ comisit: q: ex se nō potest exire: vel nō potest difficulter
nō incurrere alia mortalia. semper tn̄ volūtas a coactione
est libera. Libertas a miseria q̄ est cōtraria coactioni im-
perfecte et insufficiēti: que dicit̄ impellens vel inducens:
sicut sunt penalitates exteriores vt fames: sitis: īfirmitas
corpalis: mutabilitas mētꝭ: tētatio hostis ⁊ hmōi: nō ē eq̄
in oībus hec libertas: sed s̄m magis ⁊ minus reperitur in
diuersis. Nā ꝑfectissime in deo: post deū maxime in ange-
lo bono: minor in homine bono: minima i homine malo:
nulla in demone vel damnato homine. vt dicit magister
sentētiarū dis. xxv. Omnis tn̄ miseria mentis et corporis
quātūcūq̄ magna: necessitatē coactionis semꝑ excludit:
quia nunq̄ in statu vite presentis ad tantā miseriā deue-
nitur mentis vel corporis: vt liberū arbitriū cogi possit:
alr̄ nō diceretur liberū: nec efficeret̄ meritoriū vel deme-
ritoriū. bea. Tho. sup. ij. sen. Raynerius. Hinc ambrosius

Liberū arb. hꝫ ⁊ admittit variatio-nem.

Volūtas hoīs sem-per est li-bera licꝫ nō semꝑ bona.

Quorum

Quorū nos dn̄i sumus. s. actuū nostrorū ⁊ peccatorū: eorum principia extrinsec⁹ nō requiramus: nec deriuem⁹ in alios: sed agnoscam⁹ ea que ꝓpria nostra sunt. qd̄ em̄ possum⁹ nō facere si volumus: huiusmodi electionē mali nobis pot⁹ debemus ascribere ꝙ alijs. Ideo etiā in iudicijs istiusmodi volūtarios reos nō necessitate cōpulsos: culpa ↄstringit: pena cōdemnat. xv. q. i. c. illa. ⁊ §. i. eiusdē questionis dicit̄. Et voluntate peccata procedunt: que libero mentis arbitrio ⁊ delinquendi proposito cōmittuntur.

Libertas est quadruplex.

§. VIII. Notandū etiam ꝙ

quadruplex est libertas. s. peruersa, mūdana, vera, ⁊ plena. Libertas peruersa est qn̄ qs abutit̄ libertate ad peccādū. ⁊ hec libertas a iusticia est. quā nullus seruare cogitur. de q̄ i. Pet. ij. dicit̄. Quasi liberi ⁊ nō quasi velamen habētes id est quo maiori libertate vtimini apud hoīes: eo liberi⁹ diuino famulatui subiugati sitis. ⁊ subdit. Nō quasi velamen habētes malicie libertatē. Glo. quia ex hoc ꝙ liberi sunt multi se velāt: ⁊ defendūt pctā. Alia glo. Et nō habētes velamē malicie: vt tāto licēti⁹ peccetis: quāto iugo seruitutis dei munimini. ⁊ addit apostol⁹. Sȝ sicut serui dei. Glo. Seruitus dei humilitatē et puritatē a culpa reqrit.

Libertas mundana.

Scd̄a libertas que d̄: mundana seu humana est qua qs alterius est dn̄o nō subiectus. de qua Iob. iij. Seruus ⁊ liber a dn̄o suo: scilȝ in alia vita. Et. i. ad Cor. vij. Seruus vocatus es nō sit tibi cure: sed ⁊ si potes fieri liber magis vtere. Seruitus huic libertati cōtraria inducta est de iure gentiū: vt patet dist. i. ius gentium. Originata in iure diuino ex irrisione Noe facta a filio ei⁹ Cham. Geñ. ix. Maledictus chanaan: seruus seruorū erit fratribus suis. Et Ambro. Nō esset hodie seruitus si ebrietas nō fuisset. dis. xxxv. c. sexto die. Iure humano confirmata canonico ⁊ ciuili. Hec libertas multū appetit̄: quia nō bene pro toto libertas venditur auro. Sed ꝓpter peccata multipl'r perditur: vt patet de populo israel: qui ex libertate frequēter ꝓpter scelera est seruituti addictus. Iudi. per totū.

Seruit⁹ processit ex ebrietate.

Libertas vera et spūalis.

Tertia libertas est vera ⁊ spiritualis: que est libertas gratie. s. carere criminibus. Et est ista contraria male seruituti scȝ peccati. De qua christus Ioh. viij. Omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Ubi tria nota. Primo dictio generalis: ibi. Omnis scȝ diues ⁊ pauper: iudeus et grec⁹: imperator vel vasalius. Non est enim distinctio iudei et greci omnes enim peccauerunt. Qui oīa dicit: nihil excludit. dist. xix. c. si romanorum. circa medium. Secundo tangit̄ transgressio criminalis: ibi. qui facit peccatū. ⁊ nō solū qui facit: sed ⁊ qui cōcupiscit. Pctm̄ em̄ est ſm Aug. voluntas retinēdi vel cōsequendi qd̄ iusticia vetat: vnde liberum est abstinere. xv. q. i. c. i. circa fi. Tertio notat̄ conditio vilis ⁊ penalis: qꝛ seruus est peccati. Hiere. ij. Quā vilis facta es nimis iterans vias tuas. Uilissima aūt hui⁹ seruitus: quia cum peccatū nihil sit in rerū natura: huius seruitio peccator adijcitur. ij. Pet. ij. A quo quis vict⁹ est huius et seruus est: sed peccato vincitur a vitijs. ergo ⁊c. Et dicit Ansel. ꝙ peccatū nō habet vnde dominetur homini: quia peccatū est quidam defectus seu priuatio modi speciei et ordinis: sed tamen homo habet vnde sit seruus peccati. s. voluntatis consensum. Unde Aug. sup Iohannē super dicta autoritate. Omnis qui facit peccatum ⁊c. O miserabilis seruitus. Seruus hominis aliquando sui dn̄i duris imperijs fatigatus fugiēdo requiescit. Seruus aūt peccati quo fugit secum trahit quocūq; fugerit. Peccatū em̄ quod facit intus est. voluptas transijt: pctm̄ nō transijt: preterit qd̄ delectat: remanet qd̄ pugnat. Solus de pctō liberare pōt qui venit sine pctō. ꝓpterea dicit Ioh. viij. Si liberauerit vos filius: vere liberi eritis. Licȝ autē ista libertas a crimine sit vera: est tn̄ in p̄senti imperfecta: quia vt ait apl's ad Gal. v. Caro cōcupiscit aduersus spm̄: ⁊ spūs aduersus carnē: hec em̄ sibijnuicē aduersant̄ vt nō quecūq; vultis illa faciatis. Ubi tria ostendit: scilȝ

Pctm̄ qd est.

pugnam: causam ⁊ sequelā. Primo oñdit pugnā dicēs: Caro ↄcupiscit aduersus spm̄. i. ſm glosaȝ augustini anima carnali cōcupiscētia spiritui reluctat̄: que carnalis cōcupiscētia nō est in carne sola: nec in aīa sola: sed in vtroq; qꝛ sine carne ⁊ aīa nulla delectatio sentitur. s. corporalis. Sicut videre nō est solū oculi nec aīe sed coniuncti. Et est ista pugna ſm Amb. in glo. magna, ↄtinua, ⁊ periculosa. Magna: qꝛ ↄtra spm̄ vbi maior deberet esse ↄcordia. Cōtinua: qꝛ semꝑ est noua ↄtra spm̄. Et periculosa: qꝛ hȝ multos impulsores. vt diabolū ⁊ mūdū. ps̄. Uie illoꝝ tenebre ⁊ lubricū: ⁊ angelus dn̄i ꝑsequēs eos. Scd̄o oñdit apostolus pugne cām dicēs. Hec sibijnuicē aduersant̄: qꝛ caro vult seruire vitijs: spūs v̄tutib⁹. Caro infirma: spūs promptus. Ratio seu spiritus disponit macerare corpus ⁊ subijcere seruituti: ⁊ caro vt seruus inutilis ⁊ piger cōqueritur. Figura in Sara vxore Tobie: que cū repħēderet ancillā: cōquesta est inferens ei cōtumeliā: dicēs eam interfectricē virorū suoꝝ septē. i. mortificatricē qnq; sensuū ac etiā fantasie ⁊ intellect⁹. Tobie. iij. Tertio ostēdit apl's pugne sequelā: subdēs. Ut nō quecūq; vultis illa faciatis. glo. i. illa facere permittamini. iuxta illud apli. Uelle adiacet mihi perficere autē bonum nō inuenio. ad Rom. vij. glo. Amb. i. velle est in nobis ex libero arbitrio. Et dicit adiacet. i. iuxta carnē iacet: qꝛ naturale est quodāmō velle bonū ꝑ rōnē naturalē: sed ꝑficere nō: qꝛ facere bonū meritoriū solū est ex gratia dei. Uel sic ſm alios seu aliam expositionē. Uelle adiacet mihi. i. liberū arbitriū post pctm̄ tāq̄ infirmū iacet iuxta carnē impotēs ꝑ se resurgere ad bonū operandū.

Pugna carnis ⁊ spūs.

Psalm⁹ xxxiiij.

Gal. v.

Quarta ⁊ vltima libertas est libertas plena atq; perfecta. s. libertas glie que erit in patria. De q apl's ad Ro. viij. Ipsa creatura liberabit̄ a seruitute corruptionis in libertatē glorie filiorum dei. Et hoc erit: qꝛ nihil erit ibi inclināns ad malū. Nihil opprimēs: qꝛ ibi erit libertas a culpa ⁊ pena. Ad Gal. iiij. Illa que sursuȝ est hierlm libera est q̄ est mater nostra. Libertas itaq; plena ⁊ perfecta erit qn̄ nulle erunt inimicitie. quando nouissima inimica mors destruet̄. Hec Tho. in postilla super Ioh. sup illud Ioh. viij. Si ḡ liberauerit vos filius ⁊c. de hac libertate a miseria ⁊ culpa Albin⁹ in sermone. Quid hac vita beati⁹: vbi nō est paupertatis metus: nec egritudinis imbecillitas. Nemo ibi ledit̄: nemo irascit̄. Inuidet nemo. Cupiditas nulla exardescit: nullū cibi desiderium: nulla honoris aut potestatis pulsat ambitio: null⁹ ibi diaboli met⁹. Insidie nulle: terror gehēne ꝓcul. Mors neq; corporis neq; aīe: sed imortalitatis munere vita iocūda: nulla erit tunc discordia: sed cūcta cōsona: iocūda sunt oīa: iugis splēdor.

Libertas plena.

Liberuȝ arbitriū pōt inclinari vel imutari.

§. IX. Notandum etiam li

berū arbitriū etsi cogi nō possit vt dictū est: pōt tn̄ inclinari, immutari, determinari, ad aliquid volendū vel agēdū. Primo quidē pōt liberū arbitriū inclinari vel induci ad aliquid volendum vel agendū: per aliquas dispositiones vel habitus: ex quibus pronior efficitur ad eligendū alterā partē. Tho. in scrip. sup. ij. sen. Ad qd̄ facit qd̄ dicit Aug. sup ps̄. Cū ꝑ timorē gehēne ↄtinet se homo a peccato: ⁊ paulatim cōsuetudo iusticie: ⁊ incipit quod durū erat amari: ⁊ incipit excludi timor a charitate: et succedit timor ille sanctus qui ꝑmanet: quo timem⁹ ne tardet: ne discedat: ne eo caream⁹. xxiij. q. vi. c. si. §. cum per timorem.

Primo.

Scd̄o volūtas pōt immutari. Et hoc vel a seipsa vel ab obiecto: vel a deo. Immutat̄ primo volūtas a seipsa cum modo vult vnū: mō aliud. Un̄ Augu. Nihil tam est in nostra potestate sicut voluntas ipsa. Volūtas nostra nec voluntas esset nisi in nostra potestate esset. Porro quia in nostra potestate est: libera est. Immutatur secūdo voluntas ab obiecto ſm diuersitatem obiectorū: que sibi representant̄ ꝑ cognitiuā. Et talis mutatio fit in ea occasionaliter ab aliqua creatura repn̄tāte obiectū. Tertio immutat̄ volūtas a deo. Nā deus immutat volūtatē dupliciter

Secūdo

Uno modo mouendo solū voluntatem: nō imprimendo inquantū.s.voluntatē mouet ad aliquid volēdū absqȝ h ꝙ imprimat aliquā formā volūtati: sicut sine appositione habitus. Quādoqȝ deus facit vt volūtas nō velit aliqd qđ prius nō volebat. Juxta illud. Cor regis in manu dei est ⁊ quocūqȝ voluerit vertet illud. Alio mō immutat voluntatē: imprimendo aliquā formā in ipsam voluntatem. Sicut em̄ ex ipsa natura: quā deus dedit volūtati: inclinatur voluntas naturaliter ad aliqd volendū: ita ex aliquo superaddito.s.aliqua forma quā imprimit. Et aliqñ qdē imprimit formā imꝑfecte: vt cū dat grām de nouo viatoribus. ⁊ sic inclinaꝶ volūtas ad aliquid volendū: nō tñ necessitate semꝑ. Aliqñ imprimit ꝑfecte.s.cōferēdo gloriam sicut in beatis in quibus volūtas inclinaꝶ semꝑ ⁊ sufficienter ꝑ charitatē ꝑfectā in bonū: nō solū quantū ad vltimū finē: sed etiā quantū ad ea q̄ sunt ad finē. Hec beatꝰ Tho. in questionibus de veritate.

Prouer. xxi.

Uoluntas inmutaꝶ ꝑ deū nō tñ cogitur.

Cū aūt deus inmutat volūtatē: nō cogit eā: sed facit vt precedenti inclinationi succedat alia inclinatio. Et ita ꝙ prima auferaꝶ ⁊ secūda inducatur ⁊ maneat. Unde illud ad quod inducit volūtatem nō est contrariū inclinationi iam existēti: sed inclinationi que prius inerat. vnde nō est violentia nec coactio. Uerbi gratia. Lapidi rōne sue grauitatis inest inclinatio ad locum deorsum. Hac autem inclinatione manente si ꝓijciaꝶ sursum erit motus violentus. Si aūt deus auferat lapidi inclinationē grauitatis ⁊ det inclinationē leuitatis: tunc ferri sursum nō erit ei violentū: ⁊ ita immutatio motꝰ pōt esse sine violētia. Et ꝑ hūc modū intelligēdū est ꝙ deꝰ inmutet volūtatē sine hoc ꝙ cogat eam. Cuius ratio est: q: pōt deus immutare voluntatē: ex hoc ꝙ ipse in volūtate operaꝶ sicut in natura. etiā hec beatus Tho. in questionibus de veritate.q.xxij.

Tertio.

Tertio volūtas pōt determinari ab obiecto ad volēdū aliqd determinate. Cuius ratio est: quia est dare aliquod obiectuȝ in quo nulla ratio malicie inuenitꝶ: ⁊ voluntas necessario determinaꝶ ad id volēdū. Uel si est aliquod in quo nulla sit ratio vel apparēns boni: tūc volūtas necessario determinaꝶ ad illud respuēdū. Sicut pȝ in hoc ꝙ nullus pōt nō velle esse felix: ⁊ nullus potest velle esse miser. Et in hoc etiā nō cogitꝶ sicut nec cū inmutaꝶ a deo vt dictū est. Utrū aūt volendo hmōi qđ de necessitate vult scȝ esse beatū mereaꝶ. Dicendū ꝙ aliq̄ modo sic: ⁊ aliquo modo nō. Cū em̄ inditus sit appetitus vltimi finis sui in cōi: vt scȝ naturalr̄ appetat se esse cōpletū in bonitate: scȝ se esse beatū. Un̄ Boetiꝰ ꝓsa scđa tertij de phica cōso. ait. Inserta est mētibus hoim naturalr̄ veri summiqȝ boni cupiditas. Sicut ⁊ grauibus naturalr̄ est inditus appetitus seu inclinatio ad ferri deorsum ⁊ aīalibus cōseruatio vite. Ideo appetendo beatitudinē ita in cōi hō nō mereꝶ: q: hoc est ei naturale ⁊ naturalibꝰ hō nō mereꝶ. Sed q: in q̄ ista cōpletio felicitatis seu beatitudo cōsistat: vtrū in virtutibꝰ vel scientijs: vel delectationibꝰ: vel visiōe dei ⁊ hmōi: alr̄ nō est ei determinatū a natura. Ideo qñ ex ꝓpria rōne adiutus diuina grā apprehendit aliqđ speciale bonū vt suā beatitudinē in quo re sua beatitudo cōsistit: tūc mereꝶ: nō ex hoc precipue ꝙ appetit naturaliter beatitudinē: sed ex eo ꝙ appetit hoc speciale qđ nō naturalr̄ appetit.s.visionē dei: in qua sm̄ rei veritatem sua beatitudo cōsistit. Et sm̄ hoc sancti merenꝶ appetendo deū vel vitam eternā. Hec beatus Tho. in questionibꝰ de veritate. Raynerius.

Ad q̄ se extēdit liberū arbitrium.

§.X. Liberū arbitriū se extendit ad omnes actus humanos.

s. q̄ procedūt a volūtate deliberata rōne. Hi em̄ ꝓprie dicuntur actus humani. Hoc probatur autoritate Damas. li.ij. dicentis. Homo libero arbitrio appetit: libero arbitrio vult: libero arbitrio inquirit vel scrutatur: libero arbitrio iudicat: libero arbitrio disponit: libero arbitrio eligit: libero arbitrio impetum facit: ⁊ libero arbitrio agit vel operaꝶ in his que sm̄ naturā sunt. Declaraꝶ aūt hoc ꝑ distinctionē talem. Actꝰ aliqui attribuūtur alicui potentie dupliciter. Uel ꝙ elicit ipsum: vel q: imperat ipsum. Ille actꝰ ꝓprie a potētia est elicitus qui immediate ab ipsa potentia procedit: sicut a visu videre: ⁊ ab intellectu intelligere. Unde visus immediate elicit videre tanq̄ ꝓpriū actū eius: ⁊ intellectus intelligere. Et hoc modo nō oēs actus humani sunt actus liberi arbitrij. Sed ꝓprius ⁊ principalis actus liberi arbitrij est eligere. Alio modo actus attribuitur potētie quia imperat potentia ipsum. Et hoc modo actus oim virium obediētiū rōni possunt volūtati attribui: q̄ est motor oim viriū ꝑ imperiū. Et ita etiā actus diuersarū viriū libero arbitrio attribuunꝶ. Un̄ ꝑ imperiū voluntatis ⁊ liberi arbitrij mouenꝶ etiā potētie in actus suos. Propter quod virtus appetitiua dr̄ mouēs: q: imperat motū. Et virtus motiua que est affixa neruis ⁊ musculis: q: exequiꝶ motū. Et ꝑ hūc modū oēs actus humani sunt a libero arbitrio: q: imperati ab eo. Unde illi actus humani qui sunt virium rationaliū per essentiā: illi sunt eliciti a libero arbitrio. Illi vero qui sunt viriū rationaliū ꝑ participationem: sicut sunt actus irascibilis ⁊ concupiscibilis: sunt imperati a libero arbitrio. Uirtutes aūt nutritiue partis nullo modo participāt ratione: vt dicit phs.j. Ethicoꝝ. Unde earū actꝰ nō ꝓprie dicunꝶ humani: ⁊ ideo nō subdunꝶ libero arbitrio. Ad horū ampliorē euidentiā notāda sunt tria. Primū est ꝙ cū liberū arbitrium sit facultas rationis ⁊ voluntatis: tres actꝰ attribuunꝶ libero arbitrio ex parte rōnis: ⁊ tres ex parte volūtatis. Et ex parte rōnis attribuunꝶ libero arbitrio. cōsiliū. iudiciū ⁊ arbitriū. Qui quidem actus rationis ꝓcedunt ab imꝑfecto ad perfectū. Nā primo est motꝰ inq̄sitionis de faciendo: ⁊ nō faciēdo: ⁊ istud est cōsilium. Secundo est iudiciū de faciendo. Tertio est propositū faciendi: quod dicitur dispositio: vel potest dici arbitrium. Ex parte autē voluntatis sunt tres actus.s.electio. ꝓgressus ⁊ vsus. Primo igitur est electio: ⁊ ille est actus simplr̄ interior: ex primus. Et hoc est duobus preiacentibus alterum alteri preoptare. Secundo est ꝓgressus ad motū exteriorem: ⁊ talis dicꝶ impetus. Tertio est motus exterior: ⁊ talis dicitur vsus. Secundo nota ꝙ liberū arbitrium principaliter est respectu actuum interiorū: secūdario aūt exteriorū: prout ab actibus interioribus procedūt: q: hoc modo impediri nō possunt. Sed inquantū actus exteriores sunt a virtute motiua corporali sic impediri possunt. Et hoc modo nō est libertas respectu illorū actuū. Tertio notandū ꝙ q: electio est proprius actus liberi arbitrij ⁊ electio nō est finis: sed eorum que sunt ad finē. Ideo finis vltimus nō cadit sub libero arbitrio. Tamen quia id quod est finis respectu quorundā: pōt esse ordinatū etiā ad finē vlteriorē.s.vltimū finē. Nulla aūt operatio humana est vltimus finis nisi per accidēs: inquantū coniungiꝶ vltimo fini. Et ideo oim operationuȝ humanarū pōt esse electio: nō inquantū sunt fines: sed inquātū ordināt ad finē. Uerbi gratia. Quāuis vincere sit finis potētie militaris: ordinaꝶ tñ ad vlteriorē finē: ⁊ ideo sub electione cadere potest: ⁊ sic sub libero arbitrio. Et si arguaꝶ in contrarium: q: operatio mala est preter voluntatē sm̄ Dionysiū et Augustinum. Peccare nemo appetit propter hoc ipm: sed propter aliud quod ex eo consequitur.xv.q.j.merito. Cum autem talis sit operatio humana: ergo nō ois operatio humana cadit sub libero arbitrio seu volūtate. Respōdeo ꝙ operatio mala potius debet dici defectꝰ q̄ actꝰ. ⁊ potius hoc ꝑtinet ad impotētiā q̄ potentiā. Uel aliter. Malū in eo ꝙ malum est preter voluntatē est. Sed operatio mala inquantū apparet bona ꝓpter illud qđ inde consequitur quis.s.delectationem vel vtilitatē: sic cadere potest sub voluntate: ⁊ libero arbitrio. Uerbi gratia. Apprehendit quis fornicationem: nō vt malum: sed vt bonū delectabile tempore passionis ⁊ sic vult eam. Tho. sup.ij. sententiarū. Raynerius.

Quomō oēs actꝰ humani fiūt a libe. arbi.

Peccare nemo appetit ꝓpꝰ hoc ipm sȝ propter aliud qđ ex eo cōsequitur.

¶ De voluntario et inuoluntario. Cap. iij.

De actu volūtatis vi-

denda sunt tria. Primo de voluntario et inuoluntario in cōi. Secundo de actibus voluntarijs quasi ab ipsa voluntate elicitis: vt imediate ipsius voluntatis existentib⁹. Tertio de actibus voluntarijs quasi a voluntate imperatis: que sunt ipsius volūtatis mediantibus alijs potentijs. c. sequentibus.

§. I. Quātum ad primum

scʒ de volūtario et inuolūtario. Scie̅dū ꝙ actuū humanorum aliqui sunt oīno volūtarij: alij inuolūtarij. tertij mixti ex volūtario et inuolūtario. Volūtarij oīno dicunt actus illi humani q̄ spōte fiūt absqʒ violētia et ignorātia et metu.

Qui sūt actus volūtarij.

Pro hoꝝ maiori declaratione sciendū ſm Tho. j. ij. q. vj. ꝙ que agūt seu se mouent in finē cū aliquali cognitione finis: hoꝝ motus et actus dicunt volūtarij. Vn̄ volūtariū dicit esse (ſm diffinitionē Aristo. Damas. et Greg. niceni.) nō soluꝫ cui⁹ principiū est intra: sʒ cū additione scientie. Vn̄ cū homo maxime cognoscat finē sui opis: et moueat seipm in ei⁹ actib⁹ maxime volūtariū inuenit. Sciendūʒ est eñ ꝙ quorūdā actuū seu motuū pͥcipiū est in agēte seu i eo qḋ mouet. Quorūdā vero actuū vel motuū principiū est extra. Cum eñ lapis mouet sursuʒ: puta cū proijcit: hui⁹ motionis principiū est extra lapideʒ. Sed cū mouet deorsum vt cū cadit pͥcipiū hui⁹ motiōis est in ipso lapide. Eoꝝ autē que a principio intrinseco mouent quedā mouent seipsa: quedā nō. Cuʒ eñ oīe agens seu motū agat seu moueat ꝑpter finem illa pfecte mouent a principio intrinseco: in quibus est aliqḋ intrinsecū principiū: nō soluꝫ vt moueant in se: sed vt moueant in finem. Ad hoc aūt qḋ fiat aliquid ꝑpter finem: requirit cognitio finis aliqualis. Quicunqʒ igitur sic agit vel mouet a principio intrinseco: qḋ hʒ aliquā noticiā finis: habʒ in seipso principiū sui actus: nō solum vt agat: sed vt agat ꝑpter finem. Qḋ aūt nullā noticiā finis habʒ: etsi in eo sit principiū actionis vel motus: non tamē eius qḋ est agere vel moueri ꝑpter finē est principiū in ipso: sed in alio a quo imprimit ei principiū sui act⁹ vel motionis in fineʒ. Vn̄ hmōi nō dicunt mouere seipsa: sed moueri ab alijs. Que vero noticiā habent finis dicunt mouere seipsa: q: inest principiū. nō soluꝫ vt agant: sed vt agāt ꝑpter fineʒ. Vtrūqʒ aūt hoꝝ scʒ et ꝙ se moueat: et fineʒ sui motus vel actionis cognoscat: reperit in actib⁹ humanis: et ideo in eis ꝑprie et perfecte voluntariū inuenit. Volūtariū etiā reperit aliquo modo in brutis et pueris: sʒ imꝑfecte. Vnde et phs dicit in. iij. Ethicoꝝ. et Damas. et Greg. nicenus. ꝙ bruta et pueri voluntario cōicant. Pro cui⁹ declaratione sciendū ſm beatū Tho. j. ij. q. vj. ꝙ cum ad rationem volūtarij requirat ꝙ principiū actus sit intra agētem: cū aliqua cognitione finis: sicut cognitio finis actionis in brutis et pueris est imꝑfecta: ideo etiā voluntarium in eis est ſm imperfectā rōnem. Dicit aūt cognitio imperfecta finis: que in sola finis apprehēsione cōsistit: sine hoc ꝙ cognoscat ratio finis et proportio actus ad finem. et talis cognitio inuenit in brutis per sensum et estimationem naturalem. Vnde aial brutū apprehendens finem nō deliberat: sed subito mouet in ipsum. Perfecta autē cognitio finis est nō soluꝫ qn̄ apprehendit res q̄ est finis: sed etiā cū cognoscitur ratio finis et ꝑportio eius qḋ ordinat ad ipm finem. et talis cognitio pfecta cōpetit soli rationali nature. Et sic etiā voluntariū ſm perfectā rationem: prout scʒ apprehenso fine aliquis pōt deliberans de fine: et de his que sunt ad finem moueri vel nō moueri in ipm. Et nota ꝙ sʒ volūtariū denoīatiue dicat a volūtate que noīat rōnabilē appetitū vnde in brutis nō reperit: tamen voluntariū pōt trahi ad ea in quib⁹ est aliqua participatio voluntatis ſm aliquā cōuenientiā ad volūtatem. et hoc modo attribuitur etiā brutis inquantū. s. per cognitionem aliquā mouentur in finem. Itē nota ꝙ qm̄uis de⁹ moueat hoiem ad agēduʒ nō soluꝫ sicut ꝑponēs appetibile sensibili: vel sicut imutās corpus: sed etiā sicut mouens ipam volūtatē. Vn̄ ipse ait Job. xv. Sine me nihil potestis facere. nō tñ hoc est cōtra rōnem actus volūtarij. Cum eñ ois motus tam voluntatis q̄ nature sit a deo sicut a primo mouēte: sicut nō est cōtra rōnem nature ꝙ motus nature sit a deo sicut a primo mouente: inquātū natura est quoddā instrumentū dei mouentis: ita nō est cōtra rōnem actus volūtarij: ꝙ sit a deo inquātū volūtas mouet a deo. Est tñ de rōne naturalis et volūtarij motus: ꝙ sint a principio intrinseco. Item lʒ de rōne volūtarij sit ꝙ principiū eius sit intra: nō tñ est cōtra rōnem voluntarij: ꝙ primū principiū sit extrinsecū. Sicut in genere alterabiliū primū alterans est corpus celeste: qḋ tñ nō est primū mouens simplr: sed mouet motu locali a superiori mouente. Sic principiū intrinsecū volūtarij actus qḋ est vis cognoscitiua vel appetitiua: est primū principiū in genere appetitiui motus: qm̄uis moueat ab aliquo alio exteriori ſm alias species motus.

Volūtariū dicit dupl'r.

§. II. Volūtariuʒ dicit ali-

quid dupliciter. s. directe et indirecte. Pro cui⁹ declaratiōe dicit. b. Tho. vbi. s. ꝙ volūtariū dicit qḋ est a volūtate. Ab aliquo aūt dicit aliquid dupliciter. Vno mō directe: quod scʒ ꝑcedit ab aliquo inquantū est agens sicut calefactio a calore. Alio mō indirecte ex hoc ipso ꝙ non agit. sicut submersio nauis dicit esse a gubernatore inquantum desistit a gubernando. Sed sciendū est ꝙ nō semꝑ illud qḋ cōsequitur defectū actionis reducit in agens sicut in causaʒ ex eo ꝙ nō agit: sed soluꝫ tunc: cū pōt et debʒ agere. Si eñ gubernator nō posset nauem dirigere vel nō esset ei cōmissa gubernatio nauis: nō imputaret ei nauis submersio que per absentiā gubernantis cōtingeret. Quia igit volūtas volendo et agendo potest impedire hoc: qḋ est nō velle et non agere. et aliquando debet hoc. quod est non velle et nō agere imputari ei quasi ab ipso existens: cū scʒ debʒ impedire et nō facit. et sic volūtariū potest esse absqʒ actu. Et qn̄qʒ quidē absqʒ actu exteriori cū actu interiori sicut cum vult nō agere. Aliqn̄ etiā absqʒ actu interiori sicut cū non vult. Probatur et hoc ratione tali. Id cuius domini sumus dicitur voluntarium: sed nos domini sumus eius qḋ est agere et nō agere: velle et nō velle: ergo sicut agere et velle est voluntariū: ita et nō agere et nō velle. Ad qḋ facit qḋ ait Ambrosius. xv. q. j. non est.

§. III. Inuolūtariuʒ dicit

qḋ quis nullo mō vult. Et qt qḋ fit ꝑ violentiā seu coactionem absolutā: homo nullo mō vult. ideo dixit phs et Damasce. ꝙ est aliquid inuoluntariū per violentiā. Item qt etiā qḋ fit ꝑ ignorantiā facti premissa debita diligentia homo nō vult. Ideo dicit etiā phs: est aliquid inuoluntariū per ignorantiā. Lex etiā dicit q̄ errantis nulla est voluntas. Sed pro maiori hoꝝ declaratione dicit bea. Tho. vbi s. ꝙ duplex est actus volūtatis. Vnus quideʒ qui est eius immediate velut ab ipsa elicitus. s. velle. Alius aūt est act⁹ volūtatis ab ea imperat⁹: et mediante alia potentia exercitus: vt ambulare et loqui: qui actus a volūtate imperātur mediante potentia motiua. Quantū igitur ad actus a voluntate imperatos volūtas violentiā pati potest inquantum per violentiā exteriora membra impediri possunt: ne exequant imperiū voluntatis. Sed quantū ad propriū actū voluntatis nō potest ei violentia inferri. Et huius ratio est: q: actus volūtatis nihil est aliud q̄ inclinatio quedam procedens ab interiori principio cognoscente. sicut appetitus naturalis est quedā inclinatio ab interiori principio absqʒ cognitione. Qḋ aūt est coactū vel violentū est ab exteriori principio. Vnde contra rationeʒ ipsius actus voluntatis est: ꝙ sit coactus vel violentus: sicut est etiam contra rationem naturalis inclinationis vel motus. Po-

De inuolūtario.

Duplex est actus volūtat.

quō pōt volūtati iferri violentia et quō nō.

test em̄ lapis ꝑ violentiā sursuz ferri: sed ꝙ iste motus violentus fit ex naturali inclinatione eius esse non pōt. Similiter pōt etiā homo ꝑ violentiā trahi: sed ꝙ hoc fit ex volūtate eius: repugnat rōni violentie. Et nota sm bea. Tho. vbi. s. ꝙ sicut naturale dicit̄ qḋ est sm inclinationē nature siue inclinatio fit in natura: sicut a pncipio actiuo. sicut ad agendum naturale est igni calefacere: siue inclinatio fit in natura: sicut a principio passiuo ad recipiendū sicut mot⁹ celi dicit̄ naturalis: q2 hȝ naturalez aptitudinem ad talem motū: lȝ mouens sit voluntariū. Ita voluntariū dicit̄ qḋ est sm inclinationem volūtatis. ꝛ hoc pōt esse dupliciter. Uno modo sm actionē: puta cuȝ aliquis vult agere. Alio modo sm passionez: vt cū aliquis vult pati ab alio. Unde cū actio infert̄ ab aliquo exteriori manente in eo q̄ patitur volūtate patiendi: nō est simpliciter violentū. q2 lȝ ille qui patitur nō conferat agendo: cōfert tamen volenti pati. vn̄ nō potest dici inuolūtariū. Item sm. b. Tho. lȝ id in qḋ tendit volūtas peccando sit cōtra naturā. i. ꝯtra naturā rōnalem ꝛ malū sm rei veritatem: tn̄ apprehendit̄ illud vt bonū ꝛ cōueniens nature. inquantū est cōueniēs homini sm aliquā passionē sensus vel habitū corruptū. Et ideo nō sequitur ꝙ si motus violentus sit ꝯtra naturā motus volūtatis in peccando sit violentus: q2 volūtas tendit in actū peccati: vt in rem sm naturam.

§.IIII. Mixtū ex voluntario ꝛ inuolūtario

De his q̄ fiūt per metum.

§.IIII. Mixtū ex voluntario ꝛ inuolūtario dr̄ qḋ fit ex metu seu coactiōe ꝯditionata. Et qḋ fit ex ignorātia crassa. Et quārum ad primū dicit phs in. iij. ethicoꝝ. ꝛ Greg. nicenus ꝙ q̄ ꝑ metū agunt̄ mixta sunt ex volūtario ꝛ inuolūtario. Pro hui⁹ declaratiōe dicit btūs Tho. j. ij. q. vj. arti. vj. ꝙ id qḋ per metuȝ agitur in se cōsideratū nō est voluntariū: sed fit volūtariū in casu. s. ad vitandū malū qḋ timet̄. Sed si quis recte ꝯsideret magis sunt ista volūtaria ꝙ inuolūtaria. Sunt em̄ voluntaria simpliciter. Inuoluntaria sm quid. Unūqḋqꝫ em̄ dicitur esse simpliciter sm ꝙ est in actu: sm aūt ꝙ est solū in apprehensione nō est simplr̄: sed sm quid. Hoc aūt qḋ per metū agit̄: sm hoc est in actu sm ꝙ fit. Cū em̄ actus in singularibus sint: singulare aūt inquātū hmōi est hic ꝛ nūc: sed hoc id qḋ fit est actu sm ꝙ est hic ꝛ nunc ꝛ sub aliīs cōditionibus indiuidualib⁹. Sic aūt hoc qḋ fit per metū est volūtariū: inquantū. s. est hic ꝛ nunc prout scȝ in hoc casu est impeditiuum maioris mali qḋ timebat̄. Sicut ꝓiectio merciū in mare fit volūtariū ꝑ tempestatis ꝓpter timorē periculi. vnde manifestū est ꝙ est simpliciter voluntariū. nam cōpetit ei ratio volūtarij: q2 principiuȝ eius est intra. Sed ꝙ accipiat̄ hoc qḋ ꝑ metū fit vt extra istuȝ casum existens prout repugnat volūtati: hoc nō est nisi sm cōsiderationē tm̄. Et ideȝ est inuolūtariū sm quid: idest prout consideraт̄ extra istū casum existens. Et lȝ qḋ per metū fit: volūtas nō ferat̄ in illud ꝓpter seipm̄: tn̄ fertur in illud ꝓpter aliud. s. ad repellendū qḋ timetur malū. vnde volūtarius motus est. Sufficit em̄ ad rōnem volūtarij ꝙ fiat propter aliud. Uoluntariū em̄ est non solū qḋ volumus vt finem: sed etiam qḋ volumus ꝓpter aliud vt ꝓpter finem. Sed in eo qḋ fit per vim. s. absolutā: voluntas interior nihil agit. Unde differūt qḋ agitur per vim ꝛ qḋ agitur per metum: sicut inuoluntariū ꝛ voluntariū. Concupiscentia aūt que est passio nō causat inuolūtariū: etiā sm quid sicut timor. Ratio est. q2 timor est de malo. concupiscentia aūt respicit bonū. malū aūt sm se contrariatur voluntati: sed bonum est voluntati consonum. Unde magis se habet timor ad causandū inuoluntarium: ꝙ concupiscentia: immo concupiscentia auget voluntarium.

§.V. Quod fit ex ignorantia

De his q̄ fiunt ex ignorantia.

§.V. Quod fit ex ignorantia dicit̄ etiā mixtū volūtario ꝛ inuolūtario: sȝ nō intelligitur hoc de quacūqꝫ ignorātia. Pro cui⁹ declaratione dicit beatus Tho. j. ij. q. vj. arti. viij. ꝙ ignorātia tripliciter se habet ad actū volūtatis. s. cōcomitanter. cōsequenter. antecedenter. Cōcomitanter quidē primo mō qn̄ ignorantia est de eo qḋ agit̄. tn̄ etiā si sciret̄ nihilominu⁹ ageretur. Tūc em̄ ignorantia nō inducit ad volendū vt hoc fiat: sed accidit simul esse aliquid factū ꝛ ignoratū sicut in hoc exēplo. Cum aliquis vellet quidē hostem occidere: sed ignorans occidit eū putans occidere ceruū. Et talis ignorantia nō facit inuolūtariū: vt phs dicit: q2 nō causat aliqd̄ qḋ repugnet volūtati: sed facit nō volūtarium: q2 nō pōt esse actu volitū qḋ est ignoratū. Cōsequenter aūt se habet ignorantia ad volūtatem: inquantū ipsa ignorantia est volūtaria. Et hoc cōtingit dupliciter sm duos modos voluntarij supraposiíos. Uno modo q2 actus volūtatis fertur in ignorantiā. sicut cum aliquis vult ignorare: vt excusationē habeat de pctō suo: vel vt nō retrahat̄ a peccando. sm illud Job. xxj. Scientiā viarū tuarū nolumus. ꝛ hec dicit̄ ignorantia affectata. Alio modo dicit̄ ignorantia eius qḋ quis potest scire ꝛ debet. sic em̄ nō agere ꝛ nō velle voluntariū dicitur indirecte. Hoc igitur modo dicit̄ ignorantia. Siue cum aliquis actu nō cōsiderat qḋ cōsiderare potest ꝛ debet: que est ignorantia male electionis ex passione vel habitu ꝓueniens. Siue cum quis noticiā quā debȝ nō curat acquirere. Et sm hunc moduȝ ignorantia vniuersaliū iuris: que quis scire tenet̄: voluntaria dicit̄ quasi per negligentiā veniens. Cum aūt ignorantia sit volūtaria aliquo istorū modoꝝ nō causat simpliciter inuoluntariū: sed causat tamen sm quid inuolūtariū. inquantū precedit motuȝ volūtatis ad aliquid agendū qui nō esset sciētia presente.

Ignorantia triplr̄ se habet ad actū.

Antecedenter se habet ignorantia ad volūtatem quādo nō est volūtaria. ꝛ tamen est causa volendi qḋ als hoc nō vellet. vt cū homo ignorat aliquā circunstantiā actus: quā non tenebatur scire: ꝛ ex hoc aliquid facit qḋ non faceret si sciret: puta cum aliquis diligentia adhibita nesciret aliquem transire per viam: ꝓijcit sagittā que interficit trāseuntem. ꝛ talis ignorantia que dicitur facti causat inuolūtarium simpliciter.

§.VI. De predictis scȝ voluntario ꝛ inuoluntario

§.VI. De predictis scȝ voluntario ꝛ inuoluntario ꝛ mixto ex vtroqꝫ multa habent̄ in iure. vnde e pluribus aliqua ponentur. Ubi sciendū ꝙ regulare est: ꝙ ea que vi metusue causa fiunt carent roboris firmitate. ex̄ de his que vi me. ve cau. fi. c. ad audientiā. Et talia sunt inuolūtaria simpliciter vel sm quid. Pro cuius declaratione nota sm Raynerū. ꝙ vis est maioris rei impetus: qui repelli non pōt. ff. qḋ me. cau. l. j. Metus vo est instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatio. Et idem beatus Tho. in. iiij. Uis autē seu coactio est duplex sm Tho. in. iiij. ꝛ sm glo. super. c. de iudeis. di. xlv. s. absoluta ꝛ cōditionata. Et de absoluta coactione intelligitur diffinitio supradicta de vi data. Et hec quidem q2 est inuolūtaria simpliciter. in materijs peccatoꝝ excusat a toto: sicut si qua mulier violenter cognoscat̄: vel si violenter manus alicuius accipiatur ad ponenduȝ thura super ignem coram idolis. ꝛ hmōi. In nullo peccatur voluntate omnino renitente. vt habet̄. xxxij. q. v. ita ne. ꝛ. c. sequē. Talis etiaȝ coactio absoluta tollit veritatem ꝛ effectū sacramentorū. vt dicit̄ in glo. super. c. de iudeis. di. xlv. Si em̄ quis teneatur violenter ꝛ ipso reclamante baptizetur: nil recipit nec characterem nec gratiam. ꝛ sic de ordinibus sacris. Coactio condiционata. quia hec non est omnino inuoluntaria sed est voluntariū mixtum. In se enim illud non vellet ad quod cogitur: sȝ vult penas euitare: quibus cogit̄. ꝛ ideo assentit. vnde non excusat a toto: sed a tanto in malis. Unde dicitur ex̄ eo. ti. sacris. ꝙ licȝ metus culpā attenuet: non tamen prorsus excludit: quia pro nullo metu quis debet committere mortale peccatum. Et sub hac coactione conditionata comprehenditur metus: siue coactio per metuȝ sm bea. Tho. in. iiij. ꝛ Pe. que est duplex. Una scȝ leuis ꝛ insufficiens: que nō cadit in constantem virum. vt si quis

Qd̄ vis ꝛ metus.

Itē quo duplex.

Coactio cōditionata.

Metus rōne nō dȝ cōmitti pctm̄ mortale.

non timeret nō perdere gratiā seu amicitiā alicuius si non facit qđ vult. Dicit etiam metus leuis in vno qui nō dicet in alio: q2 nō est verisimile hoiem clare dignitatis in vrbe timuisse: vel regem paruū militem suū. vt. xxxi. q. ij. c. iotharius. Et. ff. qđ me. cau. l. nō est verisimile. Alia coactio est grauior per metū qui. s. cadit in cōstantem virum: vt metus mortis vel cruciatus: ⁊ talis metus excludit matrimoniū: quoad deū ⁊ quoad ecclesiaz sm Tho. ⁊ Petrū ⁊ Alber. in. iiij. Et Ray. ⁊ Hostien. in sum. Et similiter timor stupri vel seruitutis excludit matrimoniū sm prefatos doctores. Nec differt vtruz predicta quattuor fiant in persona propria aut liberorū aut vxoris. Unde versus. Excusare metus hos posse puta q2 vis sit: Stupri siue status verberis atq3 necis. Et hoc nisi postea consentiret. Talis etiaz metus qui potest cadere in cōstantem virum rescindere facit contractus. Dicit tamen Albert⁹. in. iiij. ꝙ compulsus per metum cadentem in constantem virum: cum promisit aliquid alteri vbi est iudiciuz per qđ potest inueniri defensio a iudice: debet soluere ꝓmissum. sc3 qđ de se non est malū: vt dare centum florenos ⁊ hmōi. Competit eīm actio ex lege ⁊ ex canone: ⁊ iudex debet restituere facere in integruz. Sed si defectus sit iudicis: tunc nō debet soluere vt puto. Et hoc si iuramentū non interuenit: nam tunc soluenduz est. Uel faciat per superiorem relaxare. Si aūt iam violauit iuramentū non soluendo veniens ad penitentiā nō est cogendus ad dandum promissuz: sed penitentia iniūgenda de peccato. Ista eīm coactio cōditionata etsi non impediat veritatem sacramentoꝝ in suscipiente: impedit tamen effectum secundariū. s. gratiaz. Qui eīm suscipit baptismū vel ordinem timore ne amittat vitam vel substantiam: alias nō suscepturus: nō recipit gratiam sed characterem vtiq3 recipit. vt dicit in glo. in. d. c. de iudeis. di. xlv. Idez Ray. ⁊ Tho. Et q̄uis nullus sit cogendus ad fidem vel sacramenta etiam coactione cōditionali: vnde dicit. De iudeis aūt precepit sancta synodus nemini deinceps ad credendum vim inferret cui eīm vult deus miseret: ⁊ quem vult indurat. Nō eīm tales inuiti saluandi sunt: sed volentes vt integra sit forma iusticie. dist. eadem. Tamen si qui coacti sunt per talem coactionē cōditionatā: cogendi sunt ad seruandū fidem ⁊ regulas xp̄ianoꝝ: quā necessitate susceperunt: vt dicit in. d. c. de iudeis. Nō autem cogendi sunt qui absoluta coactione sunt coacti: q2 nil acceperūt. Que etiā fiunt ex ignorantia nō inuincibili: sed ꝓcedente ex negligētia que dicit crassa ignorantia: sunt inuolūtaria mixta. Et de his. xv. q. j. c. j. §. sed hoc. ⁊. c. seq. Item nō solū que fiūt coactione absoluta sunt inuolūtaria simpliciter: sed etiam que fiunt mente oīno alienata: ⁊ ideo nō imputant ad culpam vel penā. vñ Aug. Aliquos scimus subito dementes factos. ferro. fuste. morsibus. lapidibus multis nocuisse quosdam etiam occidisse: captos autē industria ⁊ iudiciis oblatos minime reos factos: eo ꝙ nō volūtate sed impellente vi nescio qua: hec gesserūt nescientes. xv. q. j. aliquos. Nec obstat. c. si quis insaniens. q. ea. vbi penitētia dicitur imponenda ei qui in insania fecit homicidiuz: reuerso ad propium sensum. Hoc eīm fit vt dicit ibi glo. ad cautelam: q2 sc3 forte nō totaliter erat mente alienatus. ar. xxxiij. q. ij. in lectū. Et ne deferatur ecclesiastica disciplina. vt. xxiij. q. v. excōicatoruz. Iob. Quod aūt Gratianus dicit in sequenti. §. ꝙ ideo penitentia iniūgitur tali: quando ex culpa sua incurrit insaniam. ⁊ sic videtur ei imputari aliquo modo. tunc dicit glo. Iob. ꝙ illa opinio Gratiani non est approbanda: quia talis satis ipso iure punitur. iij. q. ix. c. indicas. De voluntario simpliciter intelligitur illud Ambrosij. Illa cauenda sunt flagitia: que ex nostra prodeunt voluntate, delicta iuuentutis: ⁊ irrationabiles corporis passiones. Quoꝝ igitur nos sumus dñi eoꝝ principia extrinsecus nō requiram⁹: nec deriuemus in alios: s3 agnoscamus ea que propria nostra sunt: qđ eīm possumus non facere si volumus: huius electionē mali potius nobis debemus ascribere q̄ alijs. xv. q. j. illa.

Metus cadēs in cōstantez virum.

Iudei nō sunt cōpellendi ad fidem.

¶ De actibus voluntatis ab ipsa imediate elicitis. Et de ipso velle qui est primus actus. Cap. iiij.

DEinde videndum est

de actibus volūtatis ab ipa immediate elicitis. Mouet aūt volūtas in finem ⁊ in ea q̄ sunt ad finem. Primo igit agendū de actib⁹ volūtatis ab ea elicitis: quib⁹ mouet in finē: ⁊ hi sunt tres. s. velle: frui: ⁊ intendere. Deinde de actib⁹ volūtatis quib⁹ mouet in ea q̄ sunt ad finē. Et hi sunt tres. s. eligere qđ tñ ꝓcedit cōsulere: scđo est ꝯsentire: terti⁹ vti. Et quātū ad primos actus sciēdū ꝙ cū act⁹ volūtatis p̄mo sit respectu finis. Uolūtas ip̄a respicit finē tripliciter. Uno mō absolute: ⁊ sic dr act⁹ eius volūtas seu volitio: prout. s. absolute volum⁹ vel sanitatē: vel si qđ aliud est hmōi. Alio mō volūtas respicit finē: sm eam cōsiderationē qua in ip̄o quiescit. ⁊ talis actus volūtatis dr fruitio. Tertio mō ꝯsiderat finis ꝓut voluntas respicit ip̄m: sm ꝙ est termin⁹ alicui⁹ qđ in ip̄m ordinat. Et actus volūtatis sm hanc ꝯsiderationem seu respectū dr intētio. Nō eīm ex hoc solū dicimur intēdere sanitatē ꝙ volum⁹ eā: s3 q2 volum⁹ ꝑ aliq̄d aliud ad eaz ꝑuenire: vt ꝑ medicinā ⁊ hmōi. Hec bea. Tho. j. ij. q. xij. arti. j. Et quātū ad primū actū volūtatis qui est velle: inspicienda sunt tria.

Uolūtas respicit finē tripliciter.

¶ Primū de quo sit voluntas.

¶ Secundum a quo moueatur voluntas.

¶ Tertium quomodo moueatur voluntas.

§. I. Quantum ad primuz

volūtas seu velle est tm̄ de bono. Un̄ Diony. dicit. iiij. c. de diui. no. ꝙ malū est preter volūtatē: eo ꝙ oīa appetunt bonū. Sed bonū de quo est volūtas nō est semꝑ verū bonū. Sed aliquādo verū: aliqñ apparens bonū vt actus pcti.

Velle est tm̄ de bono.

sciēdū q mors criminalis nō est aliud q̄ priuatio vel subtractio grē q̄ est aie vita. Pctm̄ aūt est qd̄ priuat aiam grā: vel impedit ei⁹ infusionem. Un̄ dr̄ Sap. xvi. Per maliciā occidit hō aiam suā. Et q: vt dr̄ ad Ro. iij. Oēs in adā peccauerūt ⁊ egēt glīa dei: q: scʒ vnū erāt cuʒ illo qn̄ p illō pctm̄ inobedientie cōmissum est: ideo ⁊ oēs mortui sunt cū illo spūalr̄ seu criminalr̄ p pctm̄ originale qd̄ ab ipso trahit p carnalē ꝑpagationē. Propter hanc igit mortē originalis pcti quā incurrit q̄libet immediate postq̄ aia corpi fuerit infusa: aia sine grā repit: solus xp̄s q̄ nō fuit hō tm̄: sʒ de⁹ ⁊ hō ipam euasit. vn̄ ꝑ dicit ps̄. Quis est hō qui viuet. q. d. null⁹ pur⁹ hō. Quāuis aūt tollat tale pctm̄ p baptismuʒ. ⁊ ibi p grām viuificet aia. paucissimi tn̄ sunt q̄ ꝑuenientes ad vsum rōnis cōseruēt hanc vitā grē: ⁊ nō moriant p varia pctā mortalia. Aia eñ q̄ peccauerit dicit dñs ipsa morietur. Ezech. xviij. Sicut aūt liber est hō ad ꝓijciendū se in puteū ꝓfundū: sed exire nō valet nisi ei auxiliū porrigat. Et sicut impossibile est per v̄tutē cuiuscūq creature mortuuʒ resuscitari: sic nō potest aliq̄s a morte pcti resurgere ad vitaʒ grē p se vel v̄tute cuiuscūq creature. Et h̄ est qd̄ dicit ps̄. Nūq̄d medici suscitabūt ⁊ cōfitebunt tibi. Medici sunt plati: doctores: cōfessores ⁊ hmōi. qui suis v̄bis vel orōnibus vel sacris tanq̄ q̄busdaʒ medelis vtunt ad viuificationē pctōꝝ. Sed certe hoc nō valent efficere nisi man⁹ vel v̄tus dñi operet. Un̄ dr̄ Luce. vi. Uirtus de illo exibat ⁊ sanabat oēs. ⁊ Joh. vi. Spūs est qui viuificat. i. grā spūssancti. bene ergo dicit ps̄. Quis est hō q̄ viuet. i. qui cōseruet vitā grē recā. q. d. rarus. Sed certe in morteʒ pcti ꝓlapsus nūllus viuet ex se nisi a xp̄o resuscitet⁹. Un̄. i. ad Cor. xv. In xp̄o oēs viuificabunt. Aug. q: scʒ nullus ex his qui viuificant. hoc habet nisi ab ipso.

Psalm⁹. lxxxvij.

§. II. Quantuʒ ad tertium

Mors infernalis

reuertendo postea ad scōm q: plirius. Notandū q mors infernalis est gehēna. i. ignis infernalis cū ꝓuatione ꝑpetua diuine visionis: q̄ cū sit vita ꝑfectissima: pncipaliter aia dr̄ mori ꝑpetuo ipa priuata. Et de hac morte dr̄ Apocal. ij. Qui vicerit. s. vitia non ledetur a morte scōa. s. inferni. Et Grego. in moral. Erit ibi mors sine morte. Per primā aūt mortē supradictā peruenit ad istā. Un̄ Aug. di. xxv. vnum orariū. §. als ca. dicit. Quicūq aliquod criminaliuum in se dñari cognouerit: ⁊ nō digne emendauerit. ⁊ h. habuerit spaciū lōgo tpe pniam nō egerit ⁊c. eterna illū flāma sine vllo remedio cruciabit. Et hoc est qd̄ dicit ps̄. Quis eruet aiam suā de manu inferi: Certe nullus: qui ad locū dānatorū finalr̄ fuerit deputat⁹. q: qui descendit ad inferos non ascendet. Job. vij. Et q: oēs nascimur filij ire: ⁊ consequēter debitores hui⁹ mortis eterne. Adeo est tenax ⁊ fortis manus inferni. i. ptās diaboli dei iusticia. q nullus se erueret nisi xp̄s extraheret sua passione. Et quis plurimi quotidie descēdāt ad īfnū: tamē vt dr̄ Prouer. penul. Infernus ⁊ perditio nunq̄ dicunt sufficit.

Psalm⁹. lxxxviij.

§. III. Reuertēdo ad secundū

De morte corporali.

s. de morte corpali: clarū est ⁊ euidēs q est irremediabilis. Un̄ pūerbialr̄ dr̄. Ad oia est remediū: nisi ad mortē. Statutū est eñ hoibus semel mori. ait aplus ad Heb. ix. Et Eccā. ix. dr̄. Nemo est qui semp viuat: aut q̄ hui⁹ rei habeat fiduciā. bene ergo dicit ps̄. Quis est hō qui nō videbit. i. expiet mortē: Certe null⁹. q: vt dicit apl̄s ad Roma. viij. Qui ꝓprio filio suo nō pepcit. Uerū mortē ip̄e spontanea voluntate suscepit: nos aut ei subijcimur ex necessitate. Dicit aūt mors a mordeo mordes. ex eo videlicet quia mordet hoieʒ separādo vnā ptē ab alia. s. aiam a corpore: ptē pncipalē dimittēdo: minorē ptē assumēdo ⁊ cōsumēdo per masticationē ⁊ digestionē. sicut accidit i morso rei esibilis. In morte eñ dimittit aia q̄ est ps principalis intacta. i. immortalis. Corp⁹ qd̄ est min⁹ pncipale v̄mibus cōsumit. Uel dicit mors a morsu: eo q morsu ligni vetiti per vitiū gule mors introducta est. Un̄ ad Rom. v. dicit. Per vnū hoiem. s. adā pctm̄ intrauit in mūdū. s. originale ⁊ hoc qn̄ momordit fructū vetitū. ⁊ p pctm̄ mors. s. intrauit in mūdū. Uel dr̄ mors in morsu: q: cōsideratio ei⁹ mordet cōsciētiā retrahēdo a multis malis. Propter qd̄ dr̄. Mors tibi futura est: ⁊ appropiat etsi tardet. xiij. q. ij. c. in eccl̄iastico. Quāto aūt morti vicinior efficeris (ait Greg. tanto solicitior atq timidior esse debes. dis. lxxxvi. tāta nequicia. ad hoc. s. mordēre ⁊ stimulāre cōsciā. Pro maiori aūt declaratione hoꝝ. Notādū q hō pōt ꝯsiderari sm̄ triplicē sui statū. s. sm̄ statum nature primo a deo formate. ⁊ sm̄ statū nature per pctm̄ deformate: ⁊ sm̄ statū in vltima resurrectione reformate nature. Quaʒ distinctionē ponit magr̄. in. ij. sen. In primo igit statu hō fuit ita mortalis q potuit mori ⁊ nō mori. mori si peccabat. nō mori si nō peccabat. Unde de cōse. dist. iiij. c. placuit. ij. dr̄. Si quis dicat adā primū hoiem mortalē factuʒ: ita vt siue peccaret siue nō peccaret moreret in corpe. hoc est de corpe exiret: non pcti merito: sed necessitate nature: anathema sit. In scōo statu pōt mori: ⁊ nō pōt nō mori: q: necessitatē h̄ʒ moriēdi. Un̄ ꝓpri⁹ diceret hō mortu⁹ q̄ mortalis: q: necessitatē h̄ʒ ad hoc. ꝓpter qd̄ dicit apl̄s ad Ro. viij. Corp⁹ mortuū est. In tertio statu poterit nō mori: ⁊ nō poterit mori.

Mors vnde dr̄.

§. IIII. Et pro pleniori dilucidatione

Incorruptibile dicitur tripl̄r.

hui⁹ materie sciēduʒ sm̄ btm̄ Tho. in. i. pte. q. xcvij. q icorruptibile dr̄ aliq̄d tripl̄r. Uno modo ex parte materie. eo scʒ q: nō h̄ʒ materiā: vt angel⁹. vel h̄ʒ materiaʒ que nō ē in potētia nisi ad vnā formā: sicut corpus celeste. et hoc dr̄ incorruptibile sm̄ materiā. Alio modo dr̄ aliq̄d incorruptibile ex pte forme: q: scʒ rei corruptibili sm̄ naturā inheret aliqua dispositio: p quā totalr̄ a corruptione ꝓhibet: ⁊ hoc dr̄ incorruptibile sm̄ gliam. Tertio dr̄ incorruptibile ex pte cause efficiētis. Et hoc modo fuisset hō incorruptibilis ⁊ immortalis in statu inocētie. Non eñ corpus ei⁹ erat indissolubile p aliquē immortalitatis vigorē in corpe existētē: sʒ inerat nature aie vis q̄dā supnaturaliter data: p quā poterat corp⁹ ab omni corruptiōe fuare

q̄dīu ip̄a subiecta deo mãsisset. Quod rõnabiliter factū est: q: em̄ aīa rõnalis excedit ꝓportionē corporalis materie: cõueniēs fuit vt in principio ei⁹ virt⁹ daret̄: ꝑ quã posset corp⁹ cõseruare supra naturã corꝑalis materie. Et q: aīa rõnalis ⁊ aīa ⁊ spūs est. Aīa dr̄: inquãtū dat vitã qḋ est sibi cõe ⁊ aliis aīab⁹: spūs dr̄: inquãtū h̄z virtutē intellectiuã et imaterialē: qḋ est sibi ꝓpriū nõ aliis aīabus. In primo igit̄ statu aīa cõicabat corpi qḋ ei cõuenit inquantum aīa. vñ dicebat̄ corp⁹ aīale: inquãtū sc̄z h̄z vitã ab aīa. Primū autē pncipiū vite in istis iferiorib⁹ est aīa vegetatiua cui⁹ opa sunt: alimēto vti: gn̄are ⁊ augere: q̄ opa cõueniebãt hoi in pmo statu. In vltimo ḋo statu post resurrectionē cõicabit quodãmodo aīa corpi qḋ ei cõuenit inquãtum spūs. Immortalitatē q̄dē quãtū ad oēs. Impassibilitatē ḋo gl̄iam ⁊ virtutē quãtū ad bonos: quorum corpa dicūtur

De primo statu hominis.

spūalia. Vñ tūc cibis nõ idigebūt sicut in pmo statu. In illo igit̄ primo statu duo remedia habebat ɔ̄ duos defect⁹.

Prim⁹ defect⁹ est deꝑditio humidi ꝑ actionē caloris naturalis: ⁊ ɔ̄ hūc defectū subueniebat̄ hoi per esum aliorū lignorū padisi: sicut ⁊ nunc subuenit̄ nobis ꝑ cibos quos sumim⁹. Scḋs defectus est debilitas vigoris naturalis ex admixtione extranei ꝓueniēs. Quod em̄ gn̄at̄ ex aliquo extraneo adiūctū ei qḋ prius erat humido p̄existēti: minuit virtutē actiuã spēi: sicut aqua mixta vino: q̄uis conuertatur in vinū: minuit tn̄ virtutē ei⁹. Et quãto plus addit̄ tãto magis minuit: vt tãdē vinū fiat aquosum: ⁊ tollat̄ spēs ⁊ rõnis virt⁹ ei⁹. Sic em̄ est in sumptione cibi. Q̄uis enim ꝑ cibū reparet̄ humidū: nõ tn̄ in vigore priori. Vñ fit vt finaliṫ soluat̄ ḋtus illa. Et ɔ̄ hūc defectū erat lignū vite. habebat em̄ virtutē fortificandi ḋtutē spēi ɔ̄ talē debilitatē. Et q: ḋtus cuiuscū q̄ corpis est finita: nõ poterat illud lignū semel sumptū dare vitã tp̄e infinito: s̄z vsq̄ ad certuz tp̄s post qḋ vel trãslatū fuisset ad gl̄iam: vel iterū comedisset de eo. Immortalitas ãt illa pncipaliṫ erat ex virtute data aīe supnaturaliter: ⁊ scḋario ex vsu lignorū. Hec beatus Tho. Necessitatē moriendi h̄z homo in scḋo statu: et est ei

De scḋo statu hominis.

mors naturalis et penalis. Quod declarat Tho. ii. ii. q. clxiiii. sic. Naturale dr̄: quod ex principiis nature causatur principia nature ꝑ se in corpalibus sunt materia ⁊ forma. Et q: forma hois est aīa q̄ est immortalis: ideo ex pte forme nõ est mors hoi naturalis. Materia autē est corp⁹: qḋ q: cõpositū est ex ɔ̄riis: ideo est corruptibile: ⁊ ex h̄ mors est hoi naturalis. Hec aūt cõditio in materia humani corporis est cõsequēs ex necessitate materie: quia oportebat corpus humanū esse organū tactus: ⁊ ꝑ ɔ̄ñs mediū inter tãgibilia. Et h̄ nõ poterat esse nisi esset cõpositū ex ɔ̄riis. Sed de⁹ q̄ cõditor est hois oīpotens est: ⁊ ex suo beneficio ademit hoi pncipaliter istituto necessitatē moriēdi: ita vt q̄diu rõ ei⁹ subdita esset deo: tãdiu corp⁹ subiiceret̄ spūi: ⁊ esset imortale: qḋ bñficiū transfundebat ꝑ gn̄ationez in posteros. Et q: prim⁹ hõ recessit a dei obedientia: ideo ex culpa sua fuit: q̄ auferret̄ ei ⁊ toti hūano generi illud bñficium: ⁊ remaneret cuz necessitate moriēdi: ⁊ sic mors est penalis ꝑ pctm̄ inducta. Mors f̄m Pe. de palu. in. iiii. q: est hoi naturalis ⁊ debita ꝓ pctõ originali: ideo ꝓ actuali nõ satisfacit: q: eadē solutio nõ parit duas liberationes Sed quãtū est de dolore mortis ⁊ lãguore: illud bene satisfacit ꝓ actuali: quia illud nõ debetur originali f̄m actū sed f̄m aptitudinē. Vñ q̄ deficiunt senio: non dolētes mortis debitū persoluūt sicut fames ⁊ sitis. Et h̄moi penalitates sunt pena debita f̄m aptitudinem ⁊ non f̄m actū. Vnde siue acceptent̄ siue assumãtur satisfaciunt quoad actū Mors ḋo violenta inquãtū nõ est debita ꝓ originali: q: ei nõ debetur pena sensus: ⁊ ideo si est iniuste illata: si attingat vsq̄ ad titulū ⁊ triumphū martyrii: certū est q̄ satisfaciat ꝓ oī pena. Vñ Augu. loquens de Cypriano martyre. Etsi ad tp̄s dãnatus ab hoie: ab inferiore accepis sn̄iam a superiore. s. deo coronã. xi. q. iii. etsi. Sed si non sit cã martyrii: s̄z tm̄ pena ⁊ innocētia: si patiēter illaz accipiat ꝓ pctis suis multū satisfacit. Sed q: non est volũtarie assumpta: ideo lic̄z excedat oēm aliã penã q̄ possit esse liberatoria totaliter a pena debita: nõ tn̄ ex toto satisfacit semꝑ. Unde Amb. de pe. di. iii. prima cõsolatio. dicit. Prima cõsolatio est. s. in tribulatione: q: nõ obliuisat̄ misereri de⁹. Scḋa ꝑ punitionē vbi etsi fides desit. s. remorsus cõsciētie de pctõ pnia vel pena satisfacit ⁊ releuat euz si patiēter portat̄: vt exponit Gratian⁹. Si ḋo sit mors iuste illata pro aliquo pctõ actuali morte digno: tūc de se: etsi patiēter ferat̄ non satisfacit: q: iam illa pena est debita in foro mundi. Sed ꝓpter magnitudinē cõtritionis põt satisfacere etiã in totū. Pe. de pal. Vñ Hiero. Xp̄s in paradisuz de cruce latronem tulit: ⁊ homicidii penã fecit martyriū. de pe. dist. i. importuna. Et vt dicit ibi glo. Improprie dr̄ martyriū illud ꝓpter similitudinē effect⁹. Nã illa pena ei⁹ ex magnitudine cõtritionis introduxit eū subito i regnū sicut facit verū martyriū: q̄uis nõ fuerit martyriū: q: nõ pro fide passus. Dicit em̄ Aug. q̄ martyrez nõ facit pena: s̄z causa. Sed. b. Tho. in. iiii. videtur dicere q̄ mors violēta etiam ꝓ pctis illata. si patiēter ferat̄ de se h̄z satisfacere. Qḋ etiã Hiero. asserit dicēs. deū velut oim rerū: ita ⁊ suppliciorū quoq̄ scire mēsuras: ⁊ nõ preueniri sn̄ia iudicis: nec illi in pctõrē exercēde. dehinc pene auferri potentē: ⁊ magnū pctm̄ magnis diuturnisq̄ lui cruciatib⁹. Si q̄s autez punitus sit vt ille in lege: q̄ maledixerat israelite: ⁊ qui in sabbato ligna collegerat: tales postea nõ puniri: q: culpa leuis pn̄ti supplicio cõpēsata sit. de pe. di. iii. sunt plures. §. autoritas. c. c. se. sc. Querat hic aliquis. Et oīa hec dicta de morte violenta intelligunt̄. cū quis eã sustinet: nõ solū patiēter: sed etiã ꝓpter deū non ꝓpter mūdi fauorē. Vñ Hiero. Si ita martyriū fecimus: vt nr̄as ab hoībus reliquias venerari optemus: ⁊ si opinionē vulgi sectãtes intrepidi sanguinē fuderimus: ⁊ subam nr̄am vsq̄ ad mēdicitatē ꝓpriã dederimus: huic operi nõ tam premiū q̄ pena debet̄: et pfidie magis tormēta sunt q̄ corona victorie. s. q. s. vide.

§. v. Mortis corporalis

Mortis nūcij sūt tres.

tres sunt nuncii f̄m Hugonez de scõ victo. Prim⁹ nunci⁹ est multiplex ⁊ varius casus. Scḋs est infirmitas et defectus. Tertius est misera senect⁹. Propter que dici potest de quolibet hoie illud qḋ dr̄ de filio reguli Ioh. iiii. Incipiebat em̄ mori. Quãtū ad pmū docet experientia: q̄ multiplices ⁊ varii casus mortis improuisi de quibus vix posset estimari: cõtingūt hoibus. Unde Eccs. ix. dr̄: Nescit homo finē suū: s̄z sicut capiunt̄ pisces hamo: et aues laqueo cõprehendunt̄: sic capiunt̄ hoies in tp̄e malo. s. improuiditate: ⁊ preter intētionē. Hinc ⁊ ꝓsper. Ferro peste fame vinclis algore calore. Mille mors miseros mors capit vna homines. Cuz igit̄ q̄libet sciat se subditū h̄moi casib⁹ variis mortis: tanq̄ q̄dã nūcius ei significat: q̄ de momēto in momentū mori põt: etsi san⁹ foret ⁊ iuuenis: ideo sibi

primus nuncius mortis.

ꝓuidere dz. Nõ solū em̄ malis: sed ⁊ bonis eueniunt varii casus horribiles mortis. qḋ pt̄z ꝑ exemplū. Quidã ꝓphetãs post q̄ ex dñi precepto repꝛehendit hieroboã de idolatria sua: ⁊ reuertēs domū in via a leone strãgulatus est iii. Reg. xiii. Iosias innocens ⁊ optim⁹ dei cultor: in bello a rege infideli egypti occisus est. Vide historiã. iiii. Reg. c. xxii. ⁊. xxiii. ⁊. ii. Paralip. c. xxxv. ⁊. xxxv. Iuuenis q̄dam in infirmitate graui constitut⁹: accepto dono omniuz linguarū vt patuit ꝑ experiētiã: postea manib⁹ ⁊ lacertis morsibus ꝓpriis dilaniat⁹: mortu⁹ est. vt narrat Greg. in. iiii. dialogorū. Sūm⁹ põtifex q̄dã toxicat⁹ in sanguine xp̄i celebrans mortu⁹ est. vt h̄r ex chronicis martiniania. Imperator q̄dã xp̄ianissimus a pediculis cõsumptus est remediū nõ inueniēs. vt narrat Vincē. in spec. histo. Minister cuiusdã solitarii scti viri a ciuitate alexãdrie recedens vbi totū clerū ⁊ ppl̄m reppererat occupatū in veneratione sepulture cuiusdã pessimi hois: cum reuerteretur ad cellam illius predicti solitarii: reppererit caluariã eius: residuo cor-

poris a bestijs deuorato: vt habet in vitis patrū. bea. Jordanus magister ordinis pdicatoꝝ in mari submersus est: vt ptz in. iij. lib. de vita fratrū. Quedā matrona audiens pprium filiū occisum i bello: qđ tñ verū nō erat post amarū fletū de morte ipsius: qdā die reuertentē ad domū vidēs ipm pre leticia crepuit ꝛ defuncta est: vt recitat Ualerius maximus. lib. ix. c. xij. qđ est de morte nō vulgari. Econtra Antioch⁹: q: nō potuit obtinere qđ voluit: pre tristicia et insopoꝛitate moꝛtu⁹ est. et inumera alia possent adduci. Ex qbus mētes infirme aliqñ scādalizant existimātes: vł deū nō hr̄e curā de suis electis: vel tales sic insueto et horribiliter moꝛientes: non fuisse seruos dei: sed grauissimos pctōres. Sed errāt hi nimis fm Aug. cū mala moꝛs dicenda nō sit quā bona vita pcesserit. De⁹ insup eñ ei sit cura de oib⁹ permaxime de fidelib⁹ suis. Juxta illud Sap. xij. Tu autē dñator: virtutis oia cū trāquillitate iudicas: ꝛ cū magna reuerentia disponis nos. Sed et inter fideles fm bea. Augu. maxime diligit mēbꝛa vnigeniti sui. i. electos. Uerū cū ipse vigenit⁹ moꝛte acerbissima et ignominiosissima fuerit condēnatus. Sicq̄ opoꝛtuit xp̄m pati ꝛ intrare in gloꝛiā suā: vt hr̄ Luc. vlti. tanto mēbꝛa eius que sunt electi efficiūtur ipsi similioꝛa ꝛ pulchꝛioꝛa quāto hoꝛribilius ꝛ penosius moꝛtē subierint. Qui eñ nō pepercit figulo: ait deuot⁹ Bern. signēto nō pcet. Nō pepcit baptiste: sed dimisit eū decapitari post saltū puelle. Nec petro primo pastori sibi dilectissimo quin cessimo tyrāno nerone crucifigeret. Nec alijs aplis suis quin varijs toꝛmētis interimeret. Et ad h̄ facit qđ narrat Robert⁹ holkot sup lib. Sap. q̄ scz cū quidā doctus vir ꝛ seruꝰ moꝛtu⁹ i studio suo fuisset repert⁹: et ex hoc plurimi scādalizarent de eius subitanea moꝛte: inuenerūt manū illi⁹ defuncti seu digitū in quodā libꝛo aperto tangentem versum vbi dr̄. Justus

Sap. iiij. quacūq̄ moꝛte pꝛeuētus fuerit in refrigerio erit: ex q̄ consolati ꝛ edificati sunt plurimū. Et similiter cū quidam religiosus ordinis minoꝝ qui sup hac materia vacillabat: audita moꝛte magři Joꝛdani in mari multū perturbaret apparente ei in visu btō Joꝛdano in magna glia: et eum admonēte q̄ de hmōi scandalizari nō deberet: cōsolatus est. Quāuis aūt aliqñ seruis dei cōtingat hoꝛribilis moꝛs ob defectū alicui⁹ peccati: tñ cōiter minuta sunt illa pctā. Sicut accidit in moꝛte illius pphete supꝛadicti strangulati. In quo ex vna parte ostendit clementia diuine bonitatis: dum hic suos ad plenū querit purgare: ne vel purgatoꝛiū habeant intrare. qđ Aug. petebat dicēs. Domine hic vꝛe. hic seca vt in futuro parcas. Ex alia parte ostēdit seueritas diuine iusticie. et q̄ dure puniet scelera magna: qñ tā aspere sibi dilectos p minutis correxit. Secūdus

Scđs nūcius moꝛtis. Ps. xxxvij. nūcius moꝛtis est infirmitas: q̄ multipliciter adeo grauat: vt dicit ps. in persona humani gñis. Nō est sanitas in carne mea. Et q̄d ipsa nisi q̄dam nūcius moꝛtis cū disponat ad eam. Un̄ Gratian⁹ in decretis. xv. q. j. illud relatuꝝ. §. itaq̄. dicit. Infirmitas que ppꝛie carnis dicit: qua elemētoꝛū seu humoꝛū concoꝛdia turbata caro ipsa afficit ꝛ tādem dissoluit. Adeo aūt reperit caro humana infirma: vt vix reperiat q̄ nō ab vtero matris aliquā infirmitatē secū adduxerit: q̄ eum frequēter molestet ꝛ tandem perimat. Aliqui q̄dem passionē yliacā vel cholicā: vel podagram vel calculeā sustinēt. Alij hydropisim vel ptisim vel paralysim vel epilensiam incurrūt. Toꝛquētur ꝛ plurimi doloꝛe capitis. pectoꝛis. stomachi. aut viscerū. Febꝛis q̄ plurimos vexat: et sepe aut ephimera: aut longa quotidiana seu phlegmatica aut terciana seu quartana seu ethica. Et q̄uis medicine autoꝛes multa i suis libꝛis expsserint ꝛ remedia adhibuerint: tñ ad noticiā oim attingere nō valuerunt: ꝛ moꝛtis remedia inuenire. Uerū eñ infirmitates

Infirmitates coꝛpoꝛis aliqñ psūt menti. coꝛpales nociue sunt coꝛpoꝛi: plurimū tñ pficiunt menti. Un̄ Amb. Quod nocet coꝛpi iuuat spm̄. de pe. dis. j. c. pōt fieri. Nam infirmitas coꝛpalis frequenter pctm̄ impedit. ne scz fiat. Un̄ Amb. eo. c. Egritudo carnis pctm̄ repellit.

Et in Pꝛouerbijs. c. xx. dr̄. Liuoꝛ vulneris absterget mala. Scđo infirmitas feruētioꝛē reddit. Un̄ ps. Multiplicate sunt infirmitates eoꝝ postea accelerauerūt. i. feruen⁹ operātes. Ps. xv. Tercio infirmitas humilem reddit. Un̄ aplš. ij. ad Coꝛ. xij. Libēter gloꝛiaboꝛ in infirmitatib⁹ meis: vt inhabitet in me virt⁹ xpi. i. humilitatis. Ob quā cōseruādaꝝ sibi fuerat dat⁹ stimulus carnis. i. q̄dā infirmitas coꝛpalis fm Aug. Quarto ꝯstantē efficit ex assuetudine patiēdi: quēadmodū ꝛ artifex ꝛ terre cultoꝛ ꝛ stipēdiari⁹ ex continuatione exercitij foꝛtioꝛes reddūtur. Un̄ ait aplš ibidē. Cuꝝ eñ infirmoꝛ tūc foꝛtioꝛ sum. i. ꝯ nequicias demonū ꝛ temptationū. Quinto ꝛ vltimo ad pfectionē adducit. ibidem. Uirt⁹ in infirmitate pficit. Hoies aūt pꝛime etatis quia ppter vigoꝛē nature nō ita de facili infirmabant: ꝛ iđo diu tunc vite erāt. Assignat nihilominꝰ Nico. đ lyra. sup Gen̄. c. v. ꝛ. vj. causas tam plixe eoꝝ etatis: ita vt trāscenderint plures nōgētos annos. Ex pma est ex bonitate cōplexionis pꝛimoꝛū parentū. fuerūt eñ a deo in integritate foꝛmati vñ optie cōplexionati: ꝛ sic ad lōgioꝛē vitā dispositi. Illa aūt bonitas magis descēdit ad hoies ppinq̄s illius tpis q̄ alios. Scđa cā est ex modo viuendi: q: tēperate viuebāt: nūc autē satis intēperate hoies viuūt. pꝛopter qđ dr̄ Eccli. xxxvij. Pꝛopter crapulā multi perierunt. Tercia est ex bonitate nutrimēti: q: melioꝛa fuerūt terre nascētia ante diluuiū: q: inundatio fuit ex aquis oceani ex magna parte. Aque aūt salse iducūt sterilitatē. Quarta cā est ex sciētia ade: q: habuit pfectā sciētiā oim naturaliū plus q̄ quicūq̄: ꝛ sic potuit cognoscere virtutē herbarū ꝛ lapidū q̄ valēt ad ꝯseruationē vite: ꝛ ipse docuit alios. Hāc autē doctrinā taliū parū habem⁹. Quinta cā ex bono aspectu siderū sup regionē illā: q: aspect⁹ celi multū facit ad plongationē vite. Sexta cā est ex diuina dispositione h̄ oꝛdinā te: vt per longā vitā hoim cito multiplicaret gen⁹ humanum: ꝛ vt hoies illius tpis per longā vitā possent habere experientiā de cursu celi ꝛ effectu siderū ex hmōi. Cū igit infirmitas in nobis frequēter disponit psonam ad moꝛtē quidā nūcius est significans ipm cito moꝛiturū. Tercius

In pma etate mūdi quare diuti⁹ vixerūt.

nūcius moꝛtis est senect⁹. Nam vt dicit aplš ad Heb. viij. Omne qđ antiquat ꝛ senescit prope interitū est. Hec aūt senect⁹ plena est miserijs. q̄ annūciāt seu indicāt domum coꝛpis cito ruiturā. Un̄ Boet. de phil. ꝯso. in pmo metro. Uenit eñ pperata malis inopina senect⁹. Et que sint ista mala multū particulariter declarat salomon Eccs vlti. a pꝛincipio. c. vsq̄ ad illud inclusiue. Spūs redeat ad deū q̄ dedit illū. Dicit g̃ ibi. Memēto creatoꝛis tui scz in dieb⁹ iuuētutis tue. i. de ipso cogitādo: ipm venerādo: pꝛopter ipm bene operādo. et hoc in iuuētute: q: iuuent⁹ foꝛtis est ad laboꝛes. Hinc ꝛ Sen̄. In iuuētute cogitaui vt benefacerem: in senectute vt bñ moꝛiar. Sequit in textu. Anteq̄ veniat tempus afflictiōis tue. i. senectutis q̄ hoiez affligit multiplr: et pcipue ex suspirionib⁹. Senes eñ sunt multū suspiriosi fm pħm in lib. rhetoꝛ. putāt eñ se despici ꝛ derideri. Et appꝛopinquēt anni de qb⁹ dicas non mihi placēt anni. i. antiq̄tatis: q̄bus homo sibimet efficit tediosus et alijs: vt freq̄nter apperat moꝛtē. Aliqñ eñ sensus deficit ppter qđ dicit ps. Ne pꝛijcias me in tēpoꝛe senectutis cū defecerit virtus mea: ne derelinquas me.

De tercio nūcio moꝛtis.

Senes sunt multi suspiriosi.

Ps. lxx.

§. VI. Subsequēter specificat salomon miseriā senectutis in speciali.

¶ Et pꝛimo quantū ad miserias moꝛtē antecedētes.
¶ Scđo quantū ad ipsam cōcomitātes. ibi. ibit homo.
¶ Tercio quantū ad ipsam subsequētes. ibi. et reuertatur puluis.

De miserijs senectutis.

Circa pꝛimū hoc est miserias moꝛtē antecedentes ponitur triplex genus defectus: videlz potentie appꝛehensiue: et potentie motiue: ꝛ mēbꝛoꝛū exterioꝝ. Et defectus quidem potentie appꝛehensiue notat in eo quod sequit. Anteq̄ tenebꝛescant sol ꝛ lumen et luna et stelle. Per so-

Triplex defect⁹ ē in senib⁹

lem intelligitur intellectus qui clarius cognoscit. Per lunam q̄ minus lucet ratio: q̄ discurrit ad cognoscēdum et nōdū apphendit. Per lumen imaginatio: que formas apprehensas a sensibus retinet. Per stellas sensus exteriores q̄ sensibilia apprehēdūt. Dia ista tenebrescūt tpe senectutis: inquātū. s. multū debilitant deficiētib⁹ organis corporis: quib⁹ sunt affixe imaginatio. s. et sensus exteriores. Intellect⁹ aūt et rō etsi nō sunt affixa corporeo organo: in qn̄q₃ debilitant: vel ex defectu memorie: vel aliqua infirmitate q̄ eis aufert vsum rationis: ⁊ reducit quasi ad pueritiā. sicut dr̄ de Alberto magno q̄ fuit summus phs. Exinde notat defectū ꝟtutis seu potētie motiue: vel etiā appetitiue: cū dicit. Et reuertantur nubes post pluuiam. Apte autē p nubes insinuant vires motiue ⁊ appetitiue cū dicit: q: sicut nubes vento mouent. sic motiua et appetitiua spiritib⁹ ⁊ humorib⁹ ad diuersa mouent. Dicunt autem he reuerti post pluuiā: q: post humiditatē corpis deficiente paulatim humido radicali: virtus eius vel appetitus attenuat.

Sex defect⁹ senum.

Deinde ponit miseriā senectutis quātum ad defectū membror exterior qui sunt sex. Quor primus exprimit dicēs. Qn̄ cōmouebunt custodes dom⁹. Hec domus corp⁹ nostrū luteū est. Job. iiij. qui habitant domos luteas. Hui⁹ custodes sunt ossa. q: vt dicit Aristotel. in li. de aialibus. Natura fecit ossa dura: ad custodiendū membra mollia: sicut costas ad custodiā ventris: et testā ad custodiā capitis. He cōmouebunt in senectute qn̄ eor iuncture laxabunt. Vel custodes dicūtur brachia q: se exponunt vt custodiant totū corp⁹. Scđs defectus exteriorū membror est debilitas crurū que sunt ad corporis sustentationē. Et hoc notat cū sequit. Et mutabunt viri fortissimi. i. crura: q: sic viri fortes portāt pondus corpis: ita crura portāt corpus hois. Hec autē mutant cu vacillāt: ⁊ nō firmiter sustentant: sed quasi cadēdo hincinde declināt.

Tertius defect⁹ est dentiū: qui sunt ordinati ad masticationē et contritionē cibor: et hic innuit dum sequitur. Et ociose erūt molentes in minuto numero. Molētes sunt due maxille: que ad modū duarū molarū conterūt cibū: ⁊ he in minuto numero. s. dentiū qui cadūt paulatim de maxillis senum sunt ociose: q: cibum masticare non possunt.

Quartus defectus est oculor. qui ordinati sunt ad vidēdum. Visus autem paulatim deficit in senibus. Unde dr̄ de ysaac Gen. xxvij. Senuit ysaac ⁊ caligauerūt oculi ei⁹: et videre nō poterat. Hūc autē defectū exprimit cū subdit Et tenebrescent vidētes per foramina. i. oculi videntes p ocularia: q: p se sufficiēter videre nō possunt obscurabuntur. Quintus defect⁹ est labiorū: q̄ sunt ad sermonis ꝓlationē qui notat cū subdit. Et claudēt ostia in platea in hūilitate vocis molentes. Ostia sunt labia. Iuxta illđ

Ps̄. cxl.

ps̄. Et ostiū circūstantie labijs meis. Dicūtur autē senes claudere ostia in platea: q: ita submisse loquuntur ꝙ non pn̄t audiri ab alijs q̄ sunt in platea: sed sunt molentes in hūilitate vocis: q: deficiente ꝟtute vocē emittūt exiguā.

Sextus defect⁹ est auriū: q̄ sunt ad vocū perceptionem et hoc notat cū dr̄. Et cōsurgēt ad vocē volucris: ⁊ obsurdescent oēs filie carminis. Consurgēt sc₃ hoies senes ad vocē volucris. s. galli s̄m Hiero. Noct₃ em̄ medio cū gall⁹ cecinerit festin⁹ cōsurgit nequaꝙ valens in strato sepius mēbra conuertere: leuē enim ⁊ modicū somnū h₃ ꝓpter frigiditatē ⁊ siccitatē et humor. Frigescēte em̄ sanguine: et siccato humore: et nutrimenti paruitate: q: pauci vapores ferūtur ad cerebrū ideo parū dormiūt: et hic etiam est specialis defect⁹. s. somni. Nā quātū ad defectū audit⁹ magis cōgruit qđ sequit. Et obsurdescēt oēs filie carminis: idest aures q̄ libēter audiūt armonias ⁊ delectant in carminibus: ⁊ iō dicunt filie carminis. Obsurdescēt: q: cantilenas audire non pn̄t senes. Vn̄ dicit Berzellay galaadites senex ad dd̄. Nunq̄d vigēt sensus mei ad discernendū suaue vel amarū: aut delectare pōt seruū tuū cib⁹ aut potus vel audire possum vltra voces cantor vel cantatricū ij. Reg. xix. q. d. non. Ponit ꝯsequēter salomō signa aliqua debilitatiōis senū. Et pmo quātū ad timorē. Vn̄ dic. Excelsa q₃ timebūt et formidabūt in via. i. loca aspera et alta. Scđm quantū ad canonū effusionē: qđ innuit dicēs. Florebit amigdal⁹. Flores amigdali sunt albi: vn̄ significāt capillos canos senū. et vt dicit q̄dā sapiens. Canicies mihi tpis flos est: cui⁹ fruct⁹ mors est. Tertiū signū est pedū et tibiarū inflatio: qđ innuit dicēs. Impinguabit locusta. Locusta vt dr̄: in senectute impinguat ⁊ est poti⁹ illud tumor ꝙ pinguedo. Dicit q̄ locusta impinguari: q: senex q̄ in iuuētute est gracilis tibijs et pedib⁹: in senectute erit pōderosus. Aliud signū est defect⁹ caloris: vn̄ sequit. Dissipabit capparis. Capparis est herba calida q̄ valet renibus. Scđm autē Hiero. In hebreo nomen est cōe ad herbā et ad morē. Et p hoc significat in sene defectus caloris naturalis ⁊ generatiue ꝟtutis. Vn̄ dr̄. iij. Regū. i. Rex dauid senuerat: habebatq₃ etatis plurimos dies: cumq₃ operiret vestib⁹ nō calefiebat. Vn̄ nec abysac sunamitem cognoscere potuit.

De miserijs morté concomitātib⁹ ps̄. xlviij.

Quantū ad scđm. s. miserias post senectutē mortē cōcomitātes dicit salomō Eccl̄s. xij. Ibi hō in domū eternitatis sue. Domus ista est sepulcrū iuxta illud Ps̄. Sepulcra eor dom⁹ illorū in eternū. Dicit aūt sepulcrū domus eterna seu eternitatis: q: quantū est de ꝟtute nature nūꝙ corpus inde exiret. Qđ em̄ resurgat virtute diuina efficit. Vel [illegible] sepulcrū dom⁹ eterna: q: incertū est qn̄ inde resur[illegible] qn̄ erit finis mūdi. Dicit enim eternū non sol[illegible] q₃ principiū nec finē: vt de⁹ sol⁹: iuxta illud ps̄. Tu aūt dn̄e in eternū pmanes. Aut qđ habet principiū: sed nō finē: iuxta illud Eccl̄s. i. Terra in eternū stat.

Ps̄. ci.

Sed etiā qđ habet tps incertū: nobis ignotū. Iuxta illud qđ dictū fuit abrae de circūcisione. Erit pactum meū in carne vestra in fedus eternū. Genes. xvij. Quādo autē portat cadauer ad sepulcrum: cōiter amici et consanguinei comitant lugentes: ⁊ h̄ est qđ subdit. Et circūibūt in platea plangētes: sc₃ amici defuncti. Resumit exinde miseriā a morte cōcom[illegible]tes di. Anteꝙ rumpat funis argenteus: supple mem[illegible]o creatoris tui. Funis argēte⁹ potest dici cartilago: q̄ est ligamētū partiū corpis: et cōtinet et ligat spūalē medullam. Vel etiā pōt dici vis vegetatiua: que dr̄ funis ꝓpter vite continuationē. Et texitur iste funis trib⁹ funiculis. s. vi generatiua, nutritiua. ⁊ augmētatiua. Dicit autē argēteus iste funis ꝓpter armonie consonātis ꝓportionē. Alius defect⁹ notat cū subdit. Et recurrat vitta aurea. Vitta dr̄: inuolutio venarū: q: p eā totum corp⁹ ligat et saluat: ⁊ dr̄ aurea ꝓpter ruborē sanguinis quē cōtinet. Hec recurrit qn̄ venarū ⁊ arteriarū: inuolutio ampli⁹ nō ꝑdurat: sed deficit. Alia miseria est senis morientis ruptio vesice: et hoc innuit cū subdit. Et cōteratur hydria sup fontē. Hydria est receptaculū aq̄ exhauste a fonte. Sic vesica ē receptaculū vrine ꝓcedētis ex epate tanꝙ a fonte. Vrina em̄ est colamētū sanguinis et aliorū humor: ab epate tanq̄ a fonte quodāmodo in totum ꝓcedēs corpus. Hydria ergo sup fontē cōterit qn̄ vesica rumpit: et ad receptionē talis colamenti inutilis reddit. Sequit alius defect⁹. Et cōfringat rota sup cisternā. Rota est instrm̄ p qđ fit extractio aque de puteo; vel ab alio loco. Cisterna est receptaculū continens aquam lutosā. Rotā ergo sup cisternā confringi: est meatū supfluitatis impure et grosse: a vētre q̄ est quedā cisterna exauri ⁊ oīmode dissipari.

miserie mortē seq̄ntes

Quantū ad tertiū ponunt conditiones mortē sequētes: videl₃ regressio corpis ad suū principiū. Unde subdit. Et reuertat puluis in terrā suā vnde erat: ⁊ spūs redeat ad deū q̄ dedit illū. Et per primam reuersionem ostendit magna miseria hominis: q: sc₃ in puluerem reuertit: ⁊ ꝗcunq₃. Jaco. iiij. Que est vita vestra. Vapor est ad modicū parens: ⁊ deinceps exterminabit. Putridus: iuxta illud qđ dixit martha de lazaro. Iam fetet.

Job. xi.

Sed et in vita ei⁹ pene ex omnib⁹ partib⁹ corporis fetor exhalat pcipue in senib⁹. A vermib⁹ demū consumit. Job. xv.

Homo putredo et filius hominis vermis. Et Eccli. x. Cũ morietur homo hereditabit serpẽtes: bestias ⁊ vermes. Reuertitur autẽ spũs. i. anima ad deum qui dedit illum: scʒ diuin si meminerit eius in iuuẽtute sua ⁊c.

§. VII. Quãuis enim plures

De hisq̃ senectutẽ decorant. res sint miserie senectutis vt dictũ est: sunt tamen aliqua que ipsam decorãt. Et primũ est pfectior de diuinis cognitio. Vñ Job. xij. In antiq̃s est sapiẽtia. Et hoc p diuturnaʒ lectionẽ. auditionẽ. meditationeʒ diuinoꝝ. Scõm est de humanis seu agẽdis melior determinatio. Vñ Job ibidẽ. In his q̃ multo sunt tpe est prudẽtia. Cũ em̃ experientia sit magistra rerũ: et senes plura fuerunt experti: iuuenes pauca: hic est q̃ prudẽtiores sunt senes: ⁊ difficulter i iuuenib⁹ prudẽtia repit. Tertiũ est matura ↄsiliatio. Iuuenes em̃ q: sanguine feruẽt p̃cipites sunt in cõsilijs et ppt inexperientiã rerũ. Senes autẽ magis valẽt considerare

Nu. c. xi. pericula q̃ contingere pñt. Vñ dñs nõ iuuenes sed seniores septuaginta institui fecit: ad iuuandũ moysen in regimine ppli. Et salomon seniores habuit in ↄsilio suo quoꝝ consiliũ optimũ q: nõ est secut⁹ roboã filius ei⁹: sed consiliũ presumptuosum iuuenũ: decẽ partes regni amisit. iij. Reg. xij. Quartũ est reuerẽtie veneratio. Debẽt em̃ senes honorari ab oibus: qđ dñs mãdauit: dicẽs Leuit. xix. Corã cano capite cõsurge et honora psonã senis. Et ppt

Numeri viij. hoc dicit aplš. i. ad Timo. v. Seniorẽ ne increpaueris: sed obsecra vt patrẽ. Et propter reuerẽtiam quã hʒ ipsa etas prudẽtiã ⁊ maturitatẽ apti⁹ ponunt̃ in regimine q̃ iuuenes. In cui⁹ figurã p̃cepit dñs leuitas a vicesimo anno et supra portare onera tẽpli seu tabernaculi: alijs ãᵒ ãnis supra vbi incipit senect⁹: seruare vasa tabernaculi. i. custodire et regere aias: q̃ sunt vasa ecclie ad recipiendũ grãz deputata. Quintũ est a passionibus sedatio: ⁊ precipue carnalis cõcupiscẽtie. Vñ dicit Hiero. q̃ oia vitia cũ senectute senescũt. Et Sap. iiij. Etas senectutis vita inmaculata. Et hoc nisi q̃s sit inueterat⁹ dierũ maloꝝ et cõtinuata assuefactione: sicut fuerũt illi duo senes: q̃ false accusa-

Daniel. xij. uerũt susannã. de q̃b⁹ đ: Esa. lxv. Puer centũ annorũ morief: sꝫ morte eterna. Et Prouerb. xxij. Adolescẽs iuxta viã suã ambulãs. s. sequẽdo appetit⁹ suos cũ senuerit non recedet ab ea. Sextũ est augmẽtatio meritorũ. Quanto em̃ quis plus viuit: tanto plura merita acquirere põt.

§. VIII. De termino vite

vtrũ possit abbreuiari vel plõgari. Et videf q̃ nõ: q: dicit

Ps. ciij. pš. Ascendũt mõtes. i. hoies pfecti altitudine cõtẽplationis et grẽ: et descẽdunt cãpi. i. pctõres per latã viã in celũ incedẽtes: in locũ quẽ fundasti eis. s. celi quoad pfectos: inferni quoad cãpos siue malos: q̃ illis sunt p̃parata. Fit aũt hic ascẽsus et descẽsus post mortẽ. De quo subdit pš.

Ps. ciij. dicẽs. Terminũ posuisti quẽ nõ transgredient̃. Et ad ideʒ facit qđ ait Job. xiiij. Posuisti terminos eius. s. vite q̃ preteriri nõ poterũt. i. nec plongari nec breuiari. In ↄ̃riũ est q: dictũ est p esaiã ex pte dñi ezechie regi. Morieris tu et

Terminus vite humane ↄsiderat̃ tripliciter. nõ viues: et tñ additi sunt ad vitã eius. xv. anni. vt habet̃ Esa. xxxviij. Pro questionis hui⁹ declaratiõe notãdũ q̃ terminus vite humane põt considerari tripliciter.

Primo per respectũ ad actionis humane variationẽ.

Scđo per respectũ ad causarum secundarum seu naturalium operationẽ.

Tertio per respectuʒ ad diuine dispositionis preordinationem.

Quãtũ igit̃ ad primũ: vtiq̃ terminus humane vite et plõgari ⁊ abbreuiari põt. Nã sicut bene vtẽs bñficio recte promeret̃ sibi augeri: ita abutẽs meret̃ eo p̃uari. Et iõ q: pctõr male vtit̃ vita presenti: meret̃ eã sibi auferri. Iuxta illud qđ dicit de quadã ficulnea infructuosa dñs eius cultori ipsi⁹. s. succide eam: vt quid etiam terrã occupat. Luc. xiij. Et propter hoc đ: Job. xvij. Dies mei breuiabuntur. ⁊

Eccl. vij. Ne impie agas multum et noli esse stultus: ne moriaris in tpe non tuo. Exempla patẽt Gen. vi. vbi dati fuerũt. cxx. anni vite humani generis: cũ videlʒ dñs dixit. Erunt tñ dies eius. cxx. annoꝝ ad hoc scʒ vt reuerterentur ad penitentiã. Sed q: hoies abusi sunt addentes scelera maiora: ablati sunt eis. xx. anni. Nã trãsactis centũ inũdauit diluuiũ. Sic exponit Hieroñ. de pe. di. i. predixerat. Et Ananias filius azarie falsus ppheta: q: predixit tanq̃ ex parte dñi loquẽs: reuersionẽ Iechonie filij Ioachim cuʒ populo suo q̃ citius de captiuitate babylonica: cui⁹ ↄ̃riuʒ pphetauerat Hieremias: et cõfregit catenas quas hieremias in collo portabat ex mãdato dñi in signũ captiuitatis plenioris future. dixit illi hieremias. Quia ↄfidere fecisti istũ pplm in mẽdacio idcirco h̃ anno morieris: et sic mortu⁹ est. vt hr̃ Hiere. xxviij. Et paruul⁹ natus ex adulterio Dauid cũ Bersabee ppter pctm̃ ipsius Dauid ante octauũ diem mortuus est. ij. Reg. xij. Frequẽter em̃ puniuntur filij p peccatis parentũ pena tpali ⁊ corporali: s̃m sententiã doctoꝝ. nunq̃ aũt pena spũali seu gehẽnali. Et ecõtra vita bonoꝝ meret̃ plongari. Vñ Eccli. iij. Qui honorat patrẽ suũ vita viuet lõgiore. Et Ezechie reuertenti ad penitentiã additi sunt anni. xv. vt. s̃. dictũ est. Et multis pribus cõcessum est diu viuere ppter pbitatẽ ipsoꝝ ⁊ vtilitatẽ aliorũ qui s̃m viam nature viuere nõ poterãt. — Filij sepe puniunt̃ p pctis parentũ

Quantũ ad scõm etiã vita hois plongari ⁊ abbreuiari põt s̃m Bernardi. or. mi. in q̃daʒ sermone. Dicunt̃ autem cause scđe seu naturales influẽtie dispositio aeris: cõplexio corporis: regimẽ vite ⁊ hmõi. Sicut em̃ videm⁹ fructus meliores ⁊ durabiliores nasci in vno loco q̃ in altero s̃m dispositionẽ terre ⁊ aeris ⁊ aspectũ celi ad tales arbores. Sic ⁊ sanius et diuturnius viuunt hoies in vno loco q̃ in altero s̃m influentiã celi. Unde et de quadaʒ insula circa extrema terre đ: q̃ hoies ibi sanissime viuunt ⁊ multũ senescunt: ⁊ vix mori possunt nisi ad aliã insulã trãsferant̃. Docet ⁊ experientia q̃ in ciuitate infecta peste moriuntur centũ in die: et in alia ciuitate simili propinqua vel eadeʒ alio tpe nõ morient̃ decẽ. Ab vtero matris plurimi adducũt diuersas infirmitates que vitã abbreuiãt. Unde et de xpo iesu: quia erat optime cõplexionatus dicũt sapientes q̃ sanissime vixisset ⁊ valde diu naturalr̃. Regimen vite si sit inordinatũ: vitã hʒ abbreuiare. Vñ et Galienus dic̃. Athletas quoꝝ vita ⁊ ars sagina est: nec viuere posse diu nec sanos esse. vt refert Hiero. de conse. distic. v. nec tales. Econtra regimen vite moderatũ diuturnam facit. Unde Chrys. dicit. Nihil sic salutẽ: nihil sic sensuũ acumẽ operatur: nihil sic egritudinẽ fugat: sicut moderata refectio. de conse. dist. v. nihil. — Xp̃s diu vixisset naturaliter.

Quantũ ãᵒ ad tertiũ scʒ dei p̃ordinationẽ terminꝰ vite humane a deo prefix⁹ est: vt nec plõgari nec abbreuiari possit: quia dei prescientia aut preordinatio infallibilis est. Et s̃m hunc respectũ intelligitur illud Job supius allegatũ. Cõstituisti terminos ei⁹ ⁊c. Et illud pš. Terminũ posuisti ⁊c. Et quia vt dicit̃ in lib. de causis. Prima causa plus influit in causatũ scđe cause: q̃ ipsa secũda cã. Ideo cũ deus sit prima cã oĩm effectus quicunq̃ scđarũ causarũ: siue naturaliũ: siue a libero arbitrio pcedẽtes: magis subijciunt̃ ipsi p̃me cause. s. deo: q̃ ipsis causis secũdis. Sed ↄtingit aliquẽ effectũ mortis vel infirmitatis vel alterius casus: aliter esse preordinatũ a deo: q̃ debeat pcedere a causis secũdis: ⁊ tũc eueniet talis effectus: nõ s̃m q̃ hʒ respectũ et influxũ ab ipsis causis scđis sed s̃m q̃ est pordinatũ a deo. Et s̃m h̃ intelligitur illud Sap. iiij. de immatura morte iusti: que non est s̃m causas scđas. Raptus est ne malicia imutaret intellectuʒ ei⁹: aut ne fictio deciperet aiam illi⁹. Et. i. Placita erat deo aia illi⁹. ppter hoc pperauit educere illũ de medio iniquitateʒ p mortẽ. Et econtra aliqñ ↄtingit sicut mors ezechie: q̃uis s̃m causas scđas: videlʒ dispõnẽ naturalẽ corpis ⁊ demeritũ eius ppter pctm̃ supbie vel ingratitudinis tunc euenire deberet: qñ Esaias dixit. Morieris tu et non viues.

habito respectu ad causas secūdas. Tamen q2 in preordinatiōe diuina erat vt superuiueret adhuc.xv. annis: dicitur ei addici.xv.anni q̄bus postea vixit. Nec tñ Esaias dixit falsum ezechie significās eū moriturū: q2 ꝓpheravit h ex dei reuelatiōe ɓm ꝙ ille effect⁹ mortis erat in causis secūdis ɓm q̄s oino erat futura. Reuelat em̄ de⁹ ꝓphetis suis aliq̄ nō simpliciter ɓm ꝙ sunt futura in seipsis.i. non ɓm diuinā preordinationē: sed ɓm ordinē quē hñt ad cās secūdas tm̄: ꝛ ideo si aliter ꝯtingit ꝙ dicāt: nō propterea falsum dicūt. ɓm Tho.ij.ij. Sicut etiā si medic⁹ ɓm oia signa ꝛ regulas medicine predicit aliquē de sua ifirmitate moriturū: q̄ tñ nō morit̄ deo mirabilit̄ eū sanante. Et astrologus ꝑdicit siccitatē vel inundationē multam futurā ɓm influxū cōstellationū. Si hoc nō venit nō dicit̄ falsum: q2 loquunt̄ ɓm cās scd̄as: sed de⁹ pōt eas imutare vt placet.

Verū q2 scire nō possumus q̄d sit in preordinatione dei de termino vite nr̄e: scim⁹ autē ipsum velle nos ꝯseruare vitā ɓm bn̄placitū suū. Ideo in cōseruatione vite debem⁹ nos regulare ɓm cās scd̄as: nō tñ vtendo supstitionib⁹: vl' incātationib⁹: vel trāsgressionib⁹ alicui⁹ p̄cepti dei. vel ecclesie seu regule quoad religiosos: etiā si ꝑ hoc mors vitaret̄ q2 inde mors aie sequeret̄. Dicit aūt Aug. ꝙ si vna aia pereat: innumerabiliū corpoꝝ mors huic dāno cōparari nō pōt.xxiij.q.iij.si habes. Sed cauēdo a cōtrarijs vtēdo medicinis: habitādo in locis sanis: subtrahēdo se a locis infectis peste. Licitū est cuilibet cū nullo iure ꝓhibeat̄: nisi q̄s esset curatus in loco infecto peste. Talis em̄ deserere nō posset plebē suā ꝓpter pestē: nisi ꝓuiderit de vicario idoneo. Et in casu etiam extreme necessitatis corporalis vel spūalis. vbi alij non adessent q̄libet teneret̄ iuuare de eo qd̄ pōt: nō obstāte infectione pestis: cū se offert talis necessitas. Hoc etiā cōfirmat Urbanus dicēs. Quāuis certissime sciamus neminē vltra terminū sibi a deo p̄fixum esse victurū: oibus tamē languentib⁹ nō incōgrue medemur. xxiij.q.iiij.nabuchodonosor.§.finali.

§.IX.Circa mortez ipsam

tria sunt videnda.

¶ Et primū est ꝙ mors ꝓpria est debite expectāda.

¶ Scd̄m est ꝙ mors aliena est equanimiter tolerāda.

¶ Terciū est ꝙ mors ipsa est frequēter rememorāda.

Ad mortē q̄libet debet debite preparari.

Quātū ad primū sciēdū: ꝙ mors debite expectat̄ cū ad eā q̄s debite ꝓparat̄. Vn̄ dn̄s ait Mat.xxiiij. Estote parati: q2 q̄ nescit̄ hora filius hois vēturus.e. Idē hr̄ Lu.xij. ꝛ Mat.xxv. Vigilate q2 nescit̄ diē neq̄ horā. Propterea incertā voluit de⁹ nobis eē horā mortis. Primo q̄dem vt hō viuat purius: q2 vt dicit Cyprianus. Qualē te inuenit dn̄s cū vocat: talē pariter te iudicat. de pe.di.j.nunq̄d. Stultū autē est viuere in illo statu in q̄ q̄s nō vellet mori. Et cū de momēto in momentū h posset accidere: rōḋ vrgere ad pure viuendū ꝓpter hmōi incertitudinē. Scd̄a rō vt hō operetur cōtius ꝛ ꝑ cōsequēs vtilius. Si em̄ sciret hō in breui se moriturū: a multis bonis desisteret q̄ cedūt in vtilitatē aliorū: vt sibi soli vacaret: qd̄ tñ nō cōgrueret. Vn̄ cuidā scō viro q̄ñ fuit ei reuelata mors inde ad certū tēpus futura: dictum est ei ab angelo. Age qd̄ agis: opare qd̄ oparis: vt refert Greg. in lib. dialogoꝝ. Tertia rō est vt cōuersetur homo humani⁹. Si em̄ q̄s sciret se diu victurū ꝓsequeret̄ odia ꝛ vindictas ꝛ iniurias: ꝛ si scirent hoies se cito morituros multi nimis melancholice viuerent: et alios ex hoc amaricarent: et tediarēt. Prime due rōnes sunt.b.Tho. in summa. Debet autē ipa mors expectari nō solū patienter s3 letanter: qd̄ faciebat ps̄. ꝑ hoc orās ꝛ dicēs. Educ de carcere animā meā. Ubi pōt notari triplex causa siue rō q̄re mors nō d3 timeri sed desiderari: ꝛ prima est: quia in vita p̄senti aia in corpe manet vt in loco obscuro: tedioso ꝛ periculoso cuiusmodi est carcer. Tenebris em̄ inuoluimur ait Job.c.xxxvij. Miserijs replemur ꝛ laborib⁹. iuxta illud Eccī.ij. Cūcti dies ei⁹ laborib⁹ ꝛ erumnis pleni sunt. Periculis subijcimur morti criminalis ꝛ infernalis. sicut q̄ stat in carcere est multotiēs in periculo vite. Propter qd̄ clamabat apl̄us. Infelix ego hō q̄s me liberabit de corpe mortis hui⁹. Hec ps̄. Pericula inferni inuenerūt me.

Ps̄.cxli.

Mors nō est timēda triplici ratione.

Ro.vij.

ps̄.cxiiij.

Scd̄a rō mortē letāter expectādi est ꝓpter pleniorē ꝛ actiorē diuinoꝝ et dei laudationē. Vn̄ subdit̄. Vt ꝯfiteatur noi tuo. Nō em̄ aia cōfitet̄ deo ꝛ laudat eū et cōtēplat̄ vt velit ꝓpter grauamen corpis. vn̄ ḋ: Sap. ix. Corp⁹ qd̄ corrūpit̄ aggrauat aiam ꝛ deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantē. Et ꝓpter h bea. Andreas pēdēs in cruce orabat liberari ab hmōi onere.s.corpis: qd̄ aliq̄n a cōtēplatione impediebat ꝓpter necessaria vite. Tertia est ꝓpter bonoꝝ ꝯsecutionē. Vn̄ dicit ps̄. Me expectant iusti.sc3 in alia vita. Beati aūt mortui q̄ in dn̄o moriūtur. Apoc.xiiij. Si beati ḡ oi bono pleni. Et Sen. mors timenda nō est quā immortalitas aie sequit̄. Sicut autē reposita est corona iusticie his q̄ diligūt aduentū dei.s.ꝑ mortē. vt ḋ.ij.ad Timo.iiij. Ita et timere h3 de pena q̄lis̄ inuit⁹ migrat a scl̄o. Vn̄ Cyprian⁹ hoc rep̄hendēs dicit. Quam p̄posterū ꝙꝙ peruersum est: vt cū volūtatem dn̄i fieri postulemus q̄ñ vocat ꝛ accersit nos de hoc mūdo: nō statim volūtatis ei⁹ imꝑio pareām⁹. Obnitimur ꝛ reluctamur ꝛ ꝑuicaciū more seruoꝝ cū tristicia ꝛ merore ante cōspectū dn̄icum cū tristicia et merore perducimur exeuntes istinc necessitatis vinculo nō volūtatis obsequio: ꝛ volumus ab eo p̄mijs celestib⁹ honorari ad quē venim⁹ inuiti.xiij.q.ij. ꝙ p̄eposterū. Expectat̄ debite ipsa mors: si pia preparatio fiat ɓm dn̄i hortamētū dicētis. Luc.xij. Sint lūbi vr̄i p̄cincti: ꝛ lucerne ardentes in manib⁹ vestris: et vos similes hoībus expectātibus dn̄m suū. Ubi tria pn̄t notari. Primo [illegible]tiosis delectationib⁹ abstractio. ibi. Sint lūbi vr̄i [illegible]. In lūbis em̄ est motus delectatiōis venereę ꝓpter qd̄ dicit Job.xl. Qd̄ fortitudo ei⁹. sc3 diaboli est in lūbis ei⁹. Cinctura autē est quedā restrictio lūboꝝ signās mortificationē delectatiōis. Scd̄m est in opib⁹ feruens dilectio. ibi. Lucerne ardēte [illegible] vr̄is. Lucerna signat mentē siue cōscientiā. Ignis ardē[illegible]ens est charitas. iuxta illud Luc.xij. Igne veni mittere i[illegible] un[illegible] opa. Tertiū est viua vigilatio. ibi. Et [illegible] les ho.ex. Vigilant em̄ tales: nō solū in prima vigilia: sed in scd̄a et tertia: ꝛ quousq̄ veniat dn̄s. Est em̄ p̄ma vigilia etas iuuētutis: scd̄a virilitat: tertia senectutis: in qualibet aūt etate debet quilibet vigilare in cohērēdo bonis opibus: et expectādo dn̄i aduentū. Signāter autē dic̄ expectātib⁹ sc3 ꝯ illos q̄ impatiētia moti nolūt expectare: sed p̄uenire dei aduentū: inferentes sibiipsis mortē: qd̄ nullo mō licet neq̄ ꝓpter quācūq̄ miseriā vel tribulationē mundi euadendā: vt fecit saul et armiger su⁹.j.Reg.vlti. Et cato romanus dict⁹ vticēsis. Nec ꝓpter pctm̄ quodcūq̄ puniendū: vt iudas q̄ laqueo se suspēdit. Act.j. Nec ꝓpter quodcūq̄ pctm̄ euitādū: vt fecerūt quedā mulieres ne violarent̄ a quodā tyrāno: vt habet̄ in histo. eccle. Nec propter quācūq̄ aliā causam vt expsse dicit Aug. in.j. de ciui. dei. ꝛ xxiij.q.v.si nō licet. Et de hac materia pleni⁹ in scd̄a parte in tractatu de homicidio. Vt em̄ ḋ: Ecci.xj. Mors ꝛ vita a deo sunt. Vn̄ inferre sibi mortē est auferre qd̄ dei ꝓpriū est. Nā etsi iudex siue rector iuridice occidit: in hoc vt dei minister agit: et ideo non male facit.xxiij.q.v.qui malos. Nec est cōtra id qd̄ ḋ: Sap.j. Deus mortē non fecit. Intelligitur em̄ mortem.i. causam mortis.s. pctm̄. Vn̄ subdit. Nec letatur in perditione viuorum.

Triplex disposi tio ad mortē.

titu. vij. c.viij.

§.X. Secundo vt dictum

est mors alioꝝ est equanimiter tolerāda. Et circa hāc q̄dā ex cōpassiōe ē moderate lugēdū. Ex desperatōie a nimia tristicia cauēdū. Ex dilectiōe efficaciter subueniēdū. Quātū ad primū ḋ: Ecci.xxij. Supra mortuū plora. defecit em̄ lux ei⁹. Vn̄ et dauid nō solū mortē sibi dilectissimi Jonathe defleuit: s3 ꝛ mortē Saulis inimicissimi q̄ eū ꝑseq̄bat̄

mortui sunt moderate lugēdi.

pro eo ꝙ ieiunauit: vt habet̃. ij. Reg. j. Et de beato ambrosio legit̃ ꝙ cū audiebat mortē alicuius sancti viri amare flebat. tum q̄ pcesserat eū ad pmiū: tum q̄ subtractū cē a fidelib' tale auxiliū cū paucissimi boni reperiant̃. ⁊ Eccī. xxxviij. In mortuū produc lachrymas: et q̄si dira passus incipe plorare. Nec est ecōtra qđ ait apl's. j. ad Thes. iiij. Non contristamini de dormiētib'. i. mortuis sicut ⁊ ceteri q̄ spem non hn̄t. Et illud qđ ait Chrys. xiij. q. ij. vbicunq̃. ij. Vbicūq̃ sepeliamur dn̄i est terra ⁊ plenitudo eius. Fm ꝙ opz fieri efficiat̃. Lugere autē ⁊ deplorare ⁊ lamētari eos qui de hac vita decedūt ex pusillanimitate cōtingit. Nam vt dicit Gratian' in. §. immediate seq. Hoc intelligit̃ cum fit per desperationē future resurrectionis: vt patz ex ipsis v̄bis apl'i. Vel etiā cū inordinate hoc fit: vt a gentilib' dāmādo. ⁊ lachrymādo: ⁊ carnes lacerādo ⁊ hmōi. Sed pietatis affectu ⁊ humanitatis intuitu mortuos lugere non phibemur: sicut nōnullos sctōrum aliorꝫ exequijs pias lachrymas impēdisse legim'. vt de be. Martino ⁊ Dn̄ico ⁊

nimia tristicia p̄pter mortē alicui' cauēda ē

alijs. Scd̄o dico ꝙ nimia tristicia ppter mortē cuiuscūq̃ est cauenda. Vn̄ Eccli. xxxviij. d̄r. Ne dederis in tristiciam cor tuū. s. nimiā: sed repelle eā a te. Neq̃ em̄ est reuersio. s. ad vitā: et huic nihil pderis. s. mortuo: et teipm̄ pessimaꝰ bis. Et paulo supius rationē assignās pessimationis dicit. A tristicia em̄ festinat mors. s. corpis: ⁊ cooperit v̄tutē. s. animi: ⁊ tristicia cordis flectit ceruicē. Et fm hoc itelligit̃ dictū Cypriani. xiij. q. ij. q̄ ꝑposterū. videlz. Nobis q̄z ipsis minimis ⁊ extremis quotiens reuelatū est: q̄ frequenter atq̃ manifeste de dei dignatione pceptū est: vt cōtestarer assidue vt publice pdicarē fratres nō esse lugēdos accersione dn̄ica de seculo liberato: cū sciamus illos nō amitti sed premitti. Loquit̃ em̄ de lugētibus ex desperatiōe seu cū nimia tristicia. Nec obstat ꝙ filij israel moysen defunctū planxerūt. xxx. diebus. Deut. vlt. Nā vt dicit Gratianus. xxvj. q. ij. forꝰ nō est. Multa permittebant̃ in veteri testa

j. Cor. x.

mēto illius tanq̄ imꝑfectis que tpe perfectionis scilz grē eliminata sunt. Oia etiā in figurā cōtingebāt illis q̄ nūc cessant. Unde et xp̄s consolās viduā lugentē defunctum vnigenitū q̄ portabat̃ ad sepulcrū dixit. Noli flere. Luce

De morte alicui' nō est nimis dolendū.

vij. Possunt autē assignari decē rōnes ppter q̄s quis dz et pōt consolari ⁊ non nimis cōtristari. Prima rō est: quia de' vult sic. Non ḡ debes ei' resistere volūtati. Vn̄ Augꝰ. Nihil est qđ de illa aula summi ⁊ eterni nō egrediat̃ inuisibilis imperatoris. Et etiā tu petis in orōne. fiat voluntas tua: quia voluntas dei est prima cā omniū rerum: nec pōt inueniri ratio quare sic vult fm magrm in. j. sentē. placeat igit̃ homini quicq̄d placet deo. Et ob hoc q̄ placet deo: ait Senꝰ. Scd̄a rō est. quia quelibet creatura est dei. Ad Rom. xiiij. Siue viuimus siue morimur dn̄i sumus. Et iō sicut non debes tristari si is qui mutuauit aliquid illud repetit: sic nec de morte proximi tui. Vn̄ dicit Hiero. Nil abstulit tuū qui dignat' est recapere propriū. Et Aug. dicit. Qui perfecte diligit deū: nō ꝯtristat̃ de morte cuiusq̄. Et Job. j. Dn̄s dedit dn̄s abstulit ⁊c. Tertia ratio est: quia

Ro. viij.

statutū est hoībus semel mori. ad Heb. ix. Et Bern̄. dic̄ super illud. Proprio filio nō pepercit. Si igitur nō pepercit figulo: nunq̄d parcet figmento. Si ergo cōe est hoīb' mori non debes cōtristari si filio tuo accidat illud. ⁊ Ambro. in lib. de bono mortis. Quid absurdius vt id qđ scis oībus esse prescriptū: quasi speciale deplores. Quarta rō est: quia mors liberat hoiem a miserijs huius vite. Unde dic̄ Salomon Eccl's. ij. Cuncti dies eius laboribus al's doloribus: et erūnis pleni sunt: nec per noctem quidē mēte re

Job. xj.

quiescit. Et ideo noster saluator in morte lazari fecit festū dicens. Lazarus mortuus est et gaudeo. Sed in resuscitatione eius lachrymat' est per cōpassionē: q̄ reuocabat eū ad miserias hui' vite. Vn̄ dicit Augus. in lib. de visitatiōe infirmorꝫ. O mors desiderabilis: o mors omniū pseriūz malorꝫ finis: o mors laborum clausura ⁊ quietis initium. Quis posset cogitare tuarū vtilitates beatitudinū. Naz

male mors non est xp̄ianorꝫ: quorū mori est viuere in xp̄o. Et rō est: quia dicit ps̄. Apud te est fons vite. Quinta rō est: q̄ deus oia nouit ⁊ videt q̄d est meli' pro hoīe. ⁊ ideo

ps̄. xxxv

talis morit̃: q̄ si remaneret in vita faceret mala et esset de reprobādis cū sit de electis. vel si nō esset de electis fecisset peius. Vn̄ d̄r Sap. iiij. Raptus est ne malicia immutaret intellectū eius: aut ne fictio deciperet aiaꝫ illius. Fascinatio em̄ nugacitatis obscurat bona ⁊c. Sexta rō est: quia tua accidia ⁊ tristicia tibi nocet ⁊ ei nihil pdest. de quo est exēplū. ij. Reg. xij. vbi d̄r. ꝙ dauid donec fili' su' infirmaretur: stabat in tristicia et plāctu. post mortē v̄o filij icepit a se excludere tristiciā ⁊ plāctū: ⁊ posuit se ad cōedendū. Et interrogatus q̄re hoc fecisset. Rn̄dit q̄ an̄ mortē eius forte potuisset impetrare a deo ꝑ planctū suū sanitatem filij: qđ nō pōt fieri post mortē. Septima rō est: q̄ nocet tibi talis tristicia. Jō d̄r Eccli. xxxviij. Ne dederꝫ i tristiciā cor tuū: sed repelle eā a te: ⁊ memēto nouissimorum. Noli obliuisci. Neq̃ em̄ est reuersio illi': et huic nihil proderis: et teipm̄ pessimabis. dū em̄ hō tāta tristicia absorbetur: animū nō hz liberū ad orandū ꝑ eo quē luget. Octaua rō est: q̄ multi sunt q̄ dānant̃ ppter amorē amicorꝫ. q̄ fm Augu. sup Gen̄. ad lrām. Sepe offendit̃ de': ne offendat̃ amicus. Multi em̄ dānant̃ ppter filios vel vxores et simul. Et iō cum h̄ sit tibi incertū: an si vixisset fili' tuus ipē fuisset cā dānationis tue: iō non debes tristari. Nona rō est. q̄ resurget. Vn̄ apl's. j. ad Thes. iiij. Nō ꝯtristemini de dormiētib' sicut cetere gētes q̄ spem non hn̄t. ⁊. xiij. q. ij. q̄ preposterū. et Amb. Cessabunt lachryme mee ⁊c. Et iō d̄r Eccli. xxij. Modicū plora sup mortuū. Decima rō est: q̄ si ipse q̄ mortu' se reperit se in bono loco debes letari: q̄ orabit ꝑ te. Augu. Sic em̄ amici nr̄i a torrēte voluptatis inebriant̃: vt nostri nō obliuiscant̃. Tertio mortuis ē ef

mortuis ē subueniendū.

ficaciter subueniendū. Vn̄ Eccli. xxxviij. d̄r. Contege corpus illi' scz mortui: ⁊ nō despicias sepulturā illius. Vn̄ et Tobias multū deo placuit in sepeliendo mortuos. Sed nō minus subueniendū est sic orādo et alia bona ꝑ ipsa faciendo. Et ad hoc facit qđ d̄r. xiij. q. ij qui diuina. Qui diuina vocatiōe ab hac vita recedūt: cū psalmis tm̄modo ⁊ psallentiū vocib' debēt ad sepulcrū deferri. Sufficiat autem ꝙ in spe resurrectionis xp̄ianorꝫ corporibus famulatus diuinorꝫ impenditur canticorum.

§. XI. Tertium principale

est ꝙ mors est frequēter memoranda. Vn̄ d̄r Eccli. xxxviij. in persona mortui. Memor esto iudicij mei scz mortis. sic enim erit et tuum: mihi heri et tibi hodie. Hinc et Plato. Sūma sapiētia est meditatio mortis. Valet em̄ ad multa hmōi recordatio. ppter qđ d̄r Eccl's. vij. Meli' est ire ad domū luctus q̄ ad domū cōuiuij. In illa em̄ finis cunctorꝫ

Memoria mortis valet

admonetur hoim: et viuens cogitat quid futurū sit. Et primo quidē valet ad mūdi cōtēptū. Juxta illud Hieron̄. ad Paulinū. Facile contēnit oia qui semꝑ cogitat se esse moriturū. Contēnit sane memorās mortē carnis delitias cū sit a vermib' cōsumenda. Juxta illud Eccli. x. Cū morietur hō hereditabit serpētes ⁊ bestias et vermes. Contēnit mūdi honorificētias. q̄ vt dicit ps̄. Cū interierit scz homo non sumet oia: neq̃ descēdet cū eo gl'ia dom' eius.

ps̄. xlviij

Vn̄ et Basilius ad reprimēduz motū elationis et glorie. cū in diebus pcessionis in pōtificalibus esset ornat': ordinauit aliquē ex suis familiarib' sibi debere dicere. Pater iube perfici sepulcrū tuū: q̄ nescis q̄n moriturus es. Cōtēnit talis mūdi diuitias cum ex eis nihil valeat portare. Juxta illud Job. Diues cū dormierit nihil secum afferet:

Job. xxvij.

aperiet oculos suos et nihil inueniet. Scd̄o valet mortis recordatio ad labores sufferēdū. Job. iij. Quasi effodientes thesaurū gaudētq̃ vehemēter cū inuenerit sepulcrū. Effodiētes thesaurū multū laborāt: vt inueniāt ipm̄ quē sūme desiderāt. Et q̄ antiq̄ in sepulcris suis faciebāt thesauros abscōdere: iō tales effodiētes cū inueniūt sepulcrū

gaudentes: nihil curantes de labore sperantes ꝙcitius ad thesaurū quā optabāt puenire viso sepulcro. Sic desiderātes thesaurū supne vite: cū considerāt ꝙ per mortē citius ipm cōsequunt̃ fortiores reddunt̃ ad labores et passiões intelligētes illud apl'i. ad Ro.viij. Nō sunt cōdigne passiones hui⁹ tpis ad futurā gloriā q̄ reuelabit̃ in nobis. Hinc et Aug. in sermone. Quicq̄d fecit ꝓ noie xp̄i: si vinci pōt tolerabile est: si vinci nō pōt migrare hic faciat: nō aufert sed accelerat ipsam requiē. ipsam dulcedinē. que cū venerit sine fine erit. Ual et tercio ad pctm̄ cauēdū: vt d̄r: Eccl'i. vij. In oibus opibus tuis memorare nouissima tua et in eternū nō peccabis. Sicut econuerso d̄r: Thren. j. Sordes eius in pedibus eius. sordes pctōꝝ eius. s. aie: in pedibus sc; affectuū. Nec est recordata finis sui. Cum em̄ q̄s considerat mortē: delectationes oēm peccati deficere sentit. Et cū punitionē audit dicente dn̄o Apoc. xviij. Quātum glorificauit se et in delitijs fuit: tantū date ei tormentū et luctum: cauet sibi a pctō. Et ad hoc Joh. Damas. ponit talē similitudinē. Quidā dum a facie vnicornis ne ab eo deuoraretur velocius fugeret: in quoddā baratrū magnū cecidit. Dū autē caderet manib⁹ arbusculā quandā apprehēdit: et in basi quadā lubrica et instabili pedes fixit. Respiciens ꝟo vidit duos mures: vnū albū et alterū nigrū incessanter radicē arbuscule quā apphenderat corrodētes: et iam prope erat vt ipsam abscinderēt. In fundo autem baratri vidit draconē terribilē spirantē ignē: et aperto ore ipsum deuorare cupientē. Super basem ꝟo vbi comitātē tenebat vidit quattuor aspidū capita inde prodeuntium. Eleuans autē oculos vidit exiguū mellis de ramis illius arbuscule exire: oblitusq̧ periculi in quo vndiq̧ positus erat seipm̄ dulcedini illi⁹ modici mellis totū dedit. Quis igitur hoiem istū non iudicaret insanū: q̄ ita attendit ad illud modicū delectationis habēdū: ꝙ tā multiplicis periculi obliuiscit̃ tanq̄ cec⁹ esset ac ipm̄ nō videret. Et ideo orabat ps̄. dicēs. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiam in morte. i. in ꝯsideratiōe ꝛ memoria mortis. Ne qn̄ dicat inimic⁹ meus. sc; diabol⁹ preualui aduersus eū. s. ꝑ pctm̄. Unicornis igit̃ mortꝭ tenet figurā: q̄ hoies semꝑ ꝓsequit̃ et apprehendere cupit. Un̄ d̄r Job. xxxix. Nunquid volet rhinoceros seruire tibi. Rhinoceros est vnicornis: et iste nō vult alicui seruire: q: mors nemini vult subijci vel parcere: ita vt elephantem etiam cornu in ventrem figēs interimat: q: sc; mors quēcunq̧ virtute vel sciētia vel potestate magnū interemit. Baratrū siue fossatū mundus est oibus malis plenus. Arbuscula vniuscuiusq̧ est vita: q̄ ꝑ horas diei et noctis quasi ꝑ murē albū et nigrū incessanter cōsumitur et incisioni appropinquat. Basis quattuor aspidū corpus est ex q̄ttuor elemētis cōpositū: q̄b⁹ inordinatis corporis cōpago dissoluit̃. Draco terribilis est infernus cunctos deuorare cupiēs. Dulcedo ramusculi mellea est delectatio fallax mūdi: per quā hō seducit̃ ne suū periculū intueatur. Et sic dū mūdi delectationib⁹ vacat: et se moriturū nō cōsiderat: cōsumpta radice arbuscule ꝛ base destructa: in fossatū cadit: et ibi desiderium pctōꝝ peribit. Sed dū mortē bene recogitat propinquā vel dimittit delectatiōis mūdane: ꝛ peccatū et periculū euadit. Et ideo dicit̃ Eccl'i. xxxviij. Memēto nouissimoꝝ tuoꝝ et noli obliuisci. Et sic pōt intelligi illud a saluatore nostro parabolice dictum. Recumbe in nouissimo loco. Luc. xiiij. idest requiesce in consideratione mortis.

Figura perpulchra.

Ps̄. xij.

§. XII. Nota ꝙ triplex est

mors spiritualis. scilicet

- ¶ Mors criminalis in defectionis.
- ¶ Mors claustralis cōuersationis.
- ¶ Mors infernalis cruciationis.

De morte criminali.

Quantū ad primū dicit̃ Ezech. xviij. Anima que peccauerit ipsa morietur. Per peccatū homo occidit aiam suam. Ubi nota ꝙ peccator assimilatur mortuo ꝓpter tria. scilz primo propter consimilē defectū: propter similē effectū: ꝓpter consimilē aspectū. De primo moriente corpe talis est ꝓcessus in deficiēdo. Primo corp⁹ distēperat̃ ꝛ discrasiatur. Scd̄o ifirmat̃. Tertio morit̃. Quarto portat̃ extra domum. Quinto sepelitur. Sexto a vermibus consumit̃. Isto modo anima primo distemperat̃ et discrasiatur per tentationem et cogitationē de peccato. Secūdo infirmatur per comitantē delectationē. Tertio morit̃ ꝑ cōsensuz. Quarto asportatur et elongatur ab hominib⁹ per culpe sue abominationem et diffamationem apud homines. Quinto sepelitur per malam consuetudinem. Similiter em̄ terra vel lapis superposit⁹ onerat et opprimit corpus vt nō resurgat etiā si possit. Ita mala consuetudo que est quedā moles grauissima opprimēs et incitans hoiem ad peccandū. Un̄ Aug. viij. lib. confes. c. v. Lex peccati est viciosa consuetudinis: qua trahit̃ et tenet̃ etiā inuit⁹ anim⁹ eo merito quo in eā volens illabitur. Et in eodē libro loquens de statu peccati ante baptismū suum ait. Suspirabam inquit ligat⁹ non ferro alieno: sed mea ferrea volūtate. Uelle meū tenebat inimic⁹ ꝛ inde mihi catenā fecerat. Constrinxerat me quippe ex volūtate peruersa facta libido: et dū seruitur libidini facta est cōsuetudo: et dū cōsuetudini non resistitur facta est necessitas. hec Aug. Et hec ꝯsuetudo peccādi cōparat̃ sepulture Lazari ſm eundē in sermone dn̄i i mōte. lib. j. c. xiij. Et sicut videmus istis magnis ꝛ nobilibus fiunt sepulcra honestissima de marmore vel de alijs lapidib⁹ honestis seu lignis cū picturis et figuris que simul ornant ꝛ honorāt. Ita istis magnis ꝛ potentib⁹ mortuis per peccatū faciunt adulatores sepulcra dealbata et depicta. i. pallientes ꝛ ornātes et excusantes immo cōmendantes peccata potentū. Quia laudat̃ peccator in desiderijs aie sue et iniquus benedicit̃. Et isti videntur eos honorare ꝛ ornare: ꝛ ita faciunt: sed tn̄ simul cū hoc onerant et opprimūt miseros: vt nō resurgant per penitentiā de peccatis. Un̄ multū notat Greg. iiij. moral. c. lxxv. ꝛ. lxxvi. ꝙ xp̄s tres mortuos suscitauit. puellā in domo. iuuenem in porta. lazarū in sepulcro. Quartum ꝟo mortuū discipulo nūciante cognoscit: sed cū non suscitat: q: valde difficile est: vt is quē post vsum male consuetudinis etiā ad vltimū adulantiū lingue excipiūt: a mētis sue morte reuocet̃. de quo etiā bene d̄r. Sine mortuos sepelire mortuos suos. Mortui em̄ mortuos sepeliūt: cū pctōres pctōrez fauorib⁹ premunt. erat autē Lazarus mortu⁹ sed nō sepult⁹ a mortuis: sed a fidelib⁹ mulierib⁹. Sexto corp⁹ mortuū a vermib⁹ ꝯsumit̃: ꝛ mēs priuata vita gr̄e a verme cōsciētie desperatiōis ꝛ finalis ipenitētie corrodit̃ et mordet̃. Sic ḡ cōuenienter pctm̄ d̄r mors ꝓpter consimilez defectū vel ꝓcessum deficiendi: sic em̄ intrat in aiam: sicut mors in corpus. Ro. v. Pctm̄ intrauit in mundum: et per pctm̄ mors. Scd̄o ponit̃ pctm̄ mors ꝓpter cōsimilem effectū. Mors nāq̧ facit corpus rigidū ꝛ frigidū et fetiduz putridū et horridū: terreū atq̧ pōderosuz. Isto mō pctm̄ mortale facit aiam rigidā ꝛ supbā et inobedientē ad deū. Prouerb. xviij. Cū obsecrationib⁹ loquit̃ pauꝑ: ꝛ diues. i. supbus effabit̃ rigide. Frigidā ꝑ inuidiā quā vocat ꝓpheta maliciā. Hiere. vj. Sicut frigidā facit cisterna aquā suā: sic frigidā facit aiam malicia sua. Fetidam per luxuriam. Esaie. xxxiiij. De cadaueribus eoꝝ ascēdet fetor. Putridā per gule immoderantiā: per quā sensus et rō sopiuntur et sepeliunt̃. ꝛ hō i asinū cōmutat̃. Hiere. xxij. Sepultura asini sepelicī putrefact⁹ et ꝓiectus. Terrena per auariciam q̄ nihil sapit nisi terrena: vt dicat̃ tali aie sicut talpe dixit natura: ꝛ serpēti dixit de⁹ Gen. iij. Terrā comedes cūctis diebus vite tue. Pigrā ꝑ accidiā: que nihil boni operatur Prouer. xiij. Uult et non vult piger. Et sic conuenienter pctm̄ vocat̃ mors ꝓpter ꝯsimilē effectū. Ro. vij. Pctm̄ vt appareat pctm̄ ꝑ bonū mihi opatū est mortē: vt fiat supra modū peccās pctm̄ per mādatū. Tertio ꝓpter cōsimilē aspectū. Quantūcūq̧ em̄ homo fuerit amabilis pulcher

peccator assimilatur mortuo ꝓpter tria.

Ps̄. i

Luce. ix. ꝛ Mat. viij.

et delicatus: statim post mortem erit horribilis: turpis et abominabilis: et a cōione hoim separādus. Sic aia ante pctm̄ pulcherrima ꝛ formosa esse videt᷑. iuxta illud Cant. iiij. Tota pulchra es amica mea: ꝛ macula nō est in te. Sz per pctm̄ spoliatur gratuitis: ꝛ vulnerat᷑ naturalibus: fit fetida ꝛ abominabilis corā deo vt dicat illud Ezech. xvi. Ad omne caput vie edificasti signū ꝓstitutionis tue: ꝛ abominabilē fecisti decorē tuū. Et nūc per pctm̄ anima misera separat᷑ a cōione fideliū ꝛ ab amicitia dei et angelorū bonorꝫ. Prouerb. xiiij. Miseros facit populos peccatū. Fatuissim⁹ opari⁹ est ille qui difficillimis laborib⁹ se fatigat: ꝛ tn̄ nihil stipēdij vel mercedis i fine reportat. Quot laborib⁹ et periculis difficilib⁹ se exponunt hoīes ꝑ pctō: isti ꝑ voluptatib⁹: illi ꝑ cupiditatibus: isti ꝑ vanitatib⁹: inexplicabile est dicere. Et qḋ erit stipendiū. certe mortis suppliciū: ꝛ infernale suspēdiū. Rom. vi. Stipendia pctī mors. Et ideo postq̄ Salomō premisit Sap. i. Nolite zelare mortē in errore vite vestre: signanter adiunxit. Neq̄ acquiratis perditionē in operib⁹ manuū vestrarū: q̄si di. Nullū aliud lucrū habebitis per pctm̄. Et q: man⁹ est organū organorꝫ hoīs. sicut d᷑. iij. de anima. ideo male operationes quecūq̄ homo potest exercere per opa manuū suarum prohibentur.

§. XIII. Quantū ad secūdū

Religio assimilatur morti. Sācta religio figuratiue vocat᷑ mors. Unde vulgariter regulares dicunt᷑ mortui: ꝛ seculares viuentes: tn̄ malus secularis est vere mortuus: et bonus regularis vere viuens. Nam malo seculari d᷑ Apoc. iij. Nomē habes q̄ viuas: et mortuus es. Et de sctīs d᷑. ij. Cor. vi. Quasi morientes et ecce viuim⁹. Mortui autē sunt pctō: viuētes autē deo in xp̄o iesu. Quare autē religiosi mortui dicant᷑: possunt aliq̄ cōgruitates adduci. Primo enim tanq̄ moriturus condit testm̄ suū in quo legat aiaꝫ deo: corpus tumulo: facultates habitas ꝛ habēdas resignat mūdo. Executores autē isti⁹ testamēti cōstituit p̄latos suos: quorꝫ custodie tā corp⁹ suū q̄ aiam tradit. Itē moritur⁹ incipit amittere calorē suum naturalē: postea vsum sensuū exteriorū: sicut visus: auditus ꝛ hmōi. tandē vltimo motū suū ꝓpriū: ita q̄ si moueri debeat de loco ad locū: opꝫ q̄ ħ fiat ꝑ aliq̄s non ꝑ seipm̄: pann⁹ ei tribuit᷑ breuis ꝛ in certa mensura: ꝛ sic finaliter abscōdit᷑ in sepulcro. Isto mō moraliter igrediēs religionē. Primo amittit oēm calorē naturalē: hoc est oēꝫ amorē carnalē et mūdialē: amicorꝫ ꝛ parentū quo possit a mūdi cōtēptu et a sctā cōtēplatione retardari. Scdō amittit q̄si vsum sensuū exteriorꝫ ꝑ honestā et religiosam custodiā: videlꝫ visus: audit⁹. tact⁹ ꝛc. Tertio ꝑdit q̄si loquelaꝫ per silentiū locis et tpib⁹ ꝯuenienter seruatū. Silētiū nāq̄ iuuat ad mētis refectionē et gratiā cōsequēdā. In cuius figura zacharias mut⁹ genuit iohannē. i. gratiam. Luc. i. Quarto perdit motū ꝓpriū videlꝫ voluntatē: q: nusq̄ se mouet aut alio vadit: nisi ꝑ obediētiā vel licentiā p̄latorꝫ. Quīto sibi tribuit᷑ pānus modic⁹. q: habit⁹ vilis ad necessitatē nō ad supfluitatē. Et sexto tandē abscondit᷑ in claustro quasi in sepulcro suo: ne per seculi tumult⁹ a sctīs occupationibus ꝑturbet᷑. Unde istis mortuis d᷑ Col. iij. Mortui em̄ estis: et vita vestra abscōdita est cū christo.

§. XIIII. Quātū ad tertiū

ps. xlviij. De morte infernali. dico q̄ tertia mors est infernalis cruciationis. Et hec est econuerso detestāda. de q̄ ps. Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos. Quis est stolidissimū pec⁹. ꝛ inter alias cōditiōes hoc hꝫ: q̄ si sit in domo accensa nullo mō exit ab igne: sed magis ingerit se igni. Sic dānati in inferno sic effecti sunt stolidi: et ꝑ malicia obstinati: q̄ de inferno q̄ est eis q̄si domus accēsa nunq̄ exibunt. Et hec est mors scdā. Apoc. ij. de qua in ps. Mors pctōrꝫ pessima. Huic cōtrariat᷑ vita eterna. De qua loquēs Amb. sic dicit. Ibi est
ps. xxxij. vita sine morte: dies sine nocte: gaudiū sine merore: tranquillitas sine labore: fortitudo sine debilitate: rectitudo sine ꝑuersitate: pulchritudo sine deformitate: veritas sine falsitate: charitas sine inuidia: felicitas sine miseria. Itē querit᷑. vtrū sit licitū ab aliquo moriēte reqrere q̄ reuelet ei statū suū post mortē. Rñdit de hoc bea. Tho. in quadā q̄stione de quolibet. Quod cū pctm̄ sit ꝯ naturā. vt ptꝫ ꝑ Damas. in. ij. lib. Requirere ipletionē naturalis desiderij non est pctm̄: nisi aliqua inordinatio adiūgatur: sicut ptꝫ in sumptione cibi ꝛ pot⁹. homo autē naturaliter scire desiderat. Unde si requirat alicuius rei noticiaꝫ non est pctm̄: nisi forte per accidēs: hoc est ꝑ aliquā inordinationē adiūctam: puta si per studiū alicuius sciētie aliq̄s impediatur ab officio p̄dicationis debito: vt ꝓpter studiū geometrie: aut etiaꝫ si q̄s inquirat aliq̄d cognoscere supbe ꝛ presumptuose: aut si qua alia inordinatio circa ħ cōtingat. Nulla autē inordinatio in hac inquisitione videt᷑: si quis inq̄rat a moriente cognoscere statū eius post mortē: subijciendo tamē hoc diuino iudicio. Unde nulla ratio esse videt᷑ quare debeat dici hoc esse pctm̄: nisi forte ex dubitatiōe fidei de futuro statu: quasi dubitando inquirat.

Requirere ab aliquo vt sibi reuelet statū suū post mortem an sit licitum.

¶ De tribus nouissimis mortis. Cap. ij.

Tria sunt nouissima in morte. ꝛ ideo d᷑ in plurali. memorare nouissima. Primū est aie separatio. Scdm̄ est separate ad deum presentatio. Tertiū est presentate sententie illatio.

Quantū ad primū sciēdū q̄ in separatiōe aie a corpore cōiter superueniunt multiplex bellū durū et grauissimū: qḋ xp̄s insinuauit sub similitudine obsidionis hierosolyme dicēs. Circūdabunt te inimici tui vallo: et coangustabūt te vndiq̄ ꝛ ad terrā prosternēt te. Luc. xix. Et rationē assignat dicēs. Eo q̄ nō cognoueris tēpus visitatiōis tue: scꝫ recipiēdo xp̄m per gratiā ꝛ dilectionē. Et in p̄dictis verbis notatur triplex bellantiū genus cōtra aie ciuitatē in nouissimo: scꝫ separationis eius a corpore.

¶ Primū est demoniorꝫ infestatio. ibi: Circūdabūt te.

¶ Secundum est propinquorum molestatio. ibi. ꝛ coangustabunt te.

¶ Tertium est sensuum fatigatio. ibi. et ad terram prosternent te.

§. I. Quātū ad primū dicit

De infestatione demonū in morte. Greg. in homel. ipsius euāgelij q̄ diabolus p̄cipue aggredit᷑ hoiem in fine grauissime ꝛ astutissime tentans: sciens plus tpis nō sibi restare ad seducendū. Et in hui⁹ figuraꝫ dixit dns antiquo serpēti. Tu insidiaberis calcaneo ei⁹. i. creatura rōnalis. cui⁹ calcaneus corꝑalis est extremitas corꝑis finē vite designās. Gen. iij. Et sicut serpens in cauda d᷑ habere venenū: ita in fine hois tētationes ois malicie suggerit. Et de hoc ps. xvi. Inimici mei aiam meā circūdederunt: adipem suū cōcluserūt: os eorū locutū est superbiā. Inimici nr̄i maximi sunt demones. et hi aiam vallo circūdant: cum pctā cōmissa ante mētē ponūt: vel diuersa temptamenta suggerūt hincinde. Adipē suū cōcludūt: q: abūdantē maliciā suā in aiam includere querunt. Ora eorꝫ loquitur superbiā: duꝫ videlꝫ de infidelitate vel de desperationis crudelitate: vel de cōfessionis taciturnitate morientem tentāt: que oia ad superbiā ꝑtinēt. Cū em̄ sciat quia sine fide impossibile est placere deo. Heb. xj. Et dubius in fide sit infidelis. et de here. dubius. Ideo ad dubitanduꝫ de fide conatur inducere. Sed d᷑ Apocal. ij. Esto fidelis vsq̄ ad mortē. i. inclusiue ꝛ dabo tibi coronā vite. Unde legitur de quodā magno doctore: q̄ cū esset in extremis cōstitutus: diabol⁹ adueniēs suggerēdo cepit alloqui mētē ei⁹: et querere q̄d ipse crederet. Rñdit autē ille cogitatiōe tali se credere qḋ credebat ecclia. Et vlteri⁹ ille q̄uit q̄d ecclesia crederet: et respondit articulos qui in symbolo cōtinētur: scꝫ deū trinum ꝛ vnū: dei filiū a virgine cōceptum ꝛ natum ꝛ hmōi. Cui subdidit suggestio diabolica. Nōne

Exēplū.

philosophia q̃ ẽm rationẽ est vt didicisti docet hoc impos
sibile fore. Et sic intrãs ipse disputationes super hmõi ex
stimãs ꝓpria virtute rõnis illã expellere in incredulitatem
incidit ⁊ mortuus est. Inde ad paucũ tẽpus alius doctor
infirmatus ad mortẽ: cui apparẽs ꝑdictus mortuꝰ: q: sibi
familiaris ⁊ notus interrogauit de fide sua ne forte erra
ret. Cui ille r̃ndit. Credo qd̕ credit sancta mater ecclesia.
Et ille. Quid credit eccl̃ia. R̃ndit infirmus id qd̕ ego cre
do. At ille iterũ inq̃r: et tu q̃d credis. R̃ndit idẽ qd̕ priꝰ. s.
qd̕ credit ecclesia. Et sic pluries interrogando: nunq̃ po
tuit eũ de predictis terminis educere. nec in desperationẽ
ponere: propter qd̕ demum ille mortuus exclamãs dixit.
Heu mihi quare nõ sic feci in infirmitate mea vltia. volui
disputare cũ diabolo: cõfidens ex superbia mea de ꝓprio
ingenio: ex quo succubui de fide dubitans: et propter hoc
eternaliter dãnatus sum. Ponũt autẽ et isti inimici de
mones aliã obsidionẽ et vallũ. s. desperationis: ⁊ certe pe
riculosa est desperatio: vt d̕r. ij. Reg. ij. imo nil periculosiꝰ
et ideo permaxime de desperatione tentat. Quod etiam
fecit erga beatũ Bern̄. Nam vt habet̃ in eius legenda in
graui infirmitate cõstituto superuenit sibi tentatio despera
tionis de sua salute: considerans se in multa negligentia
deo seruisse: ⁊ se nil quasi boni fecisse: vnde tantũ premiũ
glorie recipere deberet: sed illustratus a deo respõdit ten
tatori. Fateor: nil fecisse dignuz tanto premio: sed xp̃s dei
filius duplici rõne illud obtinet: scʒ merito passiõis: ⁊ ra
tiõe hereditarie successiõis: q: naturalis filiꝰ dei: ipse vna
rõne contẽtus est ipsum possidere. scʒ inquãtũ filius meri
to aũt passiõis spero mihi certitudinaliter velle elargiri.
Sicq̃ cõfusus est inimicus et nõ preualuit ꝯ eum. sicut cõ
tra caym q̃ dixit maior est iniq̃tas mea q̃ vt veniã merear.
Geñ. iiij. Et sicut Judas qui laqueo se suspẽdit. Aliquos
inducit ad taciturnitatẽ cõfessionis alicuiꝰ pcti: vel ad nõ
restituendũ. Taciturnitas autẽ talis ex supbia orit̃. vt d̕r
de peni. di. j. quis aliq̃n. §. taciturnitas. Vn̄ in viris patrũ
legit̃ q̃ cuidaʒ ꝓbo religioso in infirmitate cõstituto: ap
paruerunt duo demones in forma angeloꝝ bonorũ dicen
tes se missos a deo: vt portarẽt aiam eius ad celũ: sed ita
grauẽ reperiebãt q̃ nõ possent deferre. Nihilominus da
rẽt sibi modũ ad alleuiandũ pctã sua: videlʒ vt exinde te
neret silentiũ firmissimũ. Quibus recedẽtibus illis nulli
loquebat̃ nec respõdebat. Quod perpẽdẽs quidã sc̃tus
vir et expertus visitãs eũ cepit admonere: ne permitteret
se decipi a diabolo: qui se aliq̃n transformat in angelum
lucis. Ex cuius verbis illuminatus locutꝰ est: ⁊ reuelauit
quomodo sibi apparuerant illi duo: et quid dixerant: ⁊ q̃
postea recordatus fuerat de quodã peccato mortali com
misso in seculo: de quo nunq̃ cõfessus fuerat ex obliuione
qd̕ subito ꝯfessus est: al's fuisset dãnatꝰ. et sic detecte sunt
h' inimicoꝝ insidie. Sic igit̃ circũdabunt te inimici tui vallo
tentationum in fine. Nam et ad xp̃m accessit in cruce pen
dentem. sicut ipse ait Joh. xiiij. Uenit eñ idest veniet pri
ceps mũdi huius idest diabolus: ⁊ in me nõ habet quicq̃
scʒ peccati. Sed et beatus Martinus cũ ipsum vidisset
in extremis cõstitutus ait. Quid h' astas cruẽta bestia ⁊c.
Quãuis ergo graues sint eius tentationes: tamẽ qui re
cte viuit et verũ mẽbrũ xp̃i est: ipse qui caput est nostrũ p
cis pugnat ⁊ vincit: sicut et ipse ait. Cõfidite q: vici mun
dum. i. peccata ⁊ tentationes mundi.

Desperatione nil periculosiꝰ

Math. xxvij.

Job. xvj.

§. II. Quantũ ad secũdum

Quõ cõsanguinei bellãt cõtra morientes.

Aliud genus bellantiũ inimicoꝝ est multitudo ꝯsanguis
neorum. de q̃bus dicitur Mich. vij. Inimici hoĩs domes
stici eiꝰ. i. cõsanguinei: ⁊ illi multũ coangustant. Primo
quidẽ q: durũ est sibi deserere filios ⁊ vxorem et alios q̃s
inordinate diligit. Vn̄ Augu. de sero penitẽte ait. Quem
morbus vrget: ⁊ pena terret: ad verã vix venit satisfactio
nem: maxime cũ filij q̃s illicite dilexit sint ꝑsentes: ⁊ vxor
et mũdus ad se vocet. de peni. dis. vij. nullꝰ. Et frequenter
ex inordinato amore filioꝝ potius volũt perdere aiam q̃
aliena restituere ne pauperes remaneãt. Vn̄ de quodam
vsurario legit̃ in infirmitate ꝯstituto: q̃ cũ filij ꝑsuaderẽt
ad restituendũ. Ille r̃ndit q̃ si h' ageret ad hospitale eos
ire oporteret. Morit̃ igit̃ sine restitutiõe facta: post mor
tẽ vnꝰ filius totã partẽ sibi cõtingẽtẽ restituit: et dei serui
tio se mãcipauit. Alter vero retinuit suã partẽ mũdanis de
ditus: ⁊ inde ad modicũ mortuus est. Quadã autẽ die cũ
oraret ille qui restituerat: vidit terrã apertaʒ: et in centro
ignẽ infernalẽ ibiq̃ iacere filiũ sup patrẽ alterq̃ alterum
maledicere: pater filiũ: eo q̃ amore eiꝰ illicite acquisierat
nec satisfecerat. Filius patreʒ eo q̃ talia male ablata sibi
dimiserat. Coangustant tales inimici domestici morientẽ
inquãtũ vnus querit sibi legari tantũ: alius tantũ: et tota
eoꝝ solicitudo est de lana nõ de aia. Aliq̃n etiam incipiũt
euacuare capsas: qd̕ videns infirmus non parũ angustia
tur: et de euentu familie sue. Coangustant aliq̃n q: vo
lentẽ de suis disponere nõ permittũt: nec ad eum ingredi
doctũ religiosum: ne forte faceret sibi conscientiã de resti
tutione: vel elemosynis pauperibꝰ dandis: decipiũt eũ di
centes cito sanandũ. cum tñ sit periculũ. Medicus etiam
qui vt domesticus assumit̃: non seruat ꝑceptum eccl̃ie. de
peni. ⁊ remis. cũ infirmitas. q: nõ admonet ꝑmo vt mittat
pro confessore. Et ideo bene d̕r Hiere. ix. Unusquisq̃ se a
ꝓximo suo custodiat: ⁊ in omi fratre suo nõ habeat fidu
ciam: q: oĩs frater supplantans supplãtabit ⁊c.

Historia vsurariorum.

§. III. Quantuʒ ad tertiũ

inimici nr̃i domestici sunt sensus nostri figurati p quinq̃
fratres diuitis epulonis: de q̃bꝰ ps̃. lviij. Eripe me de ini
micis meis deꝰ meus. Vnicq̃ inimici nr̃i sunt q̃ furant̃ pre
ciosissima. s. aiam. Thren. iij. Oculus meꝰ depredatus est
aiam meã: et sic de alijs. Isti autẽ cũ organis suis laborãt
⁊ paulatim deficiũt: et ita aiaʒ defatigãt: vt vix valeat in
firmus aliquid de salute cogitare: sed quõ possit sanari ⁊
habere gustum ciboꝝ et hmõi. Vn̄ ps̃. Non est in morte q̃
memor sit tui. Demũ ad terrã prosternũt dolores ipsi cor
poris. Et sicut arbor magna que hʒ plures radices in ter
ra multũ defixas: cũ per securim inciditur: magno impetu
ꝓsternitur ad terrã. Ita cuʒ aia separat̃ a corpe p securim
mortis: cũ extrahere habeat oẽs potẽtias et vitã ab orga
nis corporis: fit hoc cũ maxima violẽtia ⁊ dolore. et ꝑcipue
in pctõribus. Vn̄ Ecci. xli. d̕r. O mors q̃ amara est memo
ria tua homini pacẽ habẽti i substãtijs suis viro q̃eto ⁊c.
Sed electos suos in hmõi bello humorũ ad seinuicẽ bel
lantiũ deus mirabiliter cõsolat̃. vn̄ Greg. in. iiij. dial. dic.
Justi aliq̃n in morte sua scõꝝ precedentiũ visiones aspi
ciunt: ne ipsam mortis sue penalẽ sniam pertimescãt: ⁊ sine
dolore et formidinis fatigatione soluantur. Et aliq̃n san
ctos eiꝰ apparẽtes aspiciũt. Exẽplũ de presbytero q̃ dixit
soror: i. Tolle igniculũ: adhuc foculus est: cui apparuerũt
apl̃i Petrꝰ et Paulus. c. xij. in. iiij. dial. Aliq̃n angelos vi
dẽt. exẽplũ in Stephano. c. xix. in eo. lib. iiij. Et de beato
Nicolao epo. Aliq̃n vidẽt virginẽ mariã. exẽplũ de musa.
c. xviij. lib. iiij. Aliq̃n dñm nr̃m iesuʒ xp̃m. exẽplũ de thar
silla. c. xvij. eo. lib. iiij. Aliq̃n sentiunt̃ celestes melodie: et
odor sentit̃ ⁊ lux videt̃: sicut in seruulo paralitico. c. xv. eodẽ
lib. iiij. E contra mali in morte vidẽt demones cũ magno
impetu ⁊ violẽtia extrahentes aiam de corpe vel deuorã
tes: sicut habet̃ in vitis patruʒ. ⁊ in. iiij. dial. de heremita
hypocrita: qui dixit se paulatim absorberi a dracone ⁊c.
Memorare ergo istud primũ nouissimũ.

De sensuũ fatigatione.

Ps̃. vi.

§. IIII. Secũdũ nouissimũ

aie separate est ante deũ ꝑsentatio: vt eñ dixit apl̃s ad He
bre. ix. Statutũ est hoĩbꝰ semel mori. et post h' iudiciũ. iudi
ciũ scilʒ particulare discussionis de aia q̃ ei ꝑntat̃. Vn̄ ps̃.
Deus iudiciũ tuũ regi da. i. o deus pater da. i. dabis iudi
ciũ scilʒ discussiõis et examinationis, regi. s. xp̃o qui est rex
regum

De secũdo nouissimo.

Ps̃. lxxi.

tegū ⁊ dn̄s dn̄antiū. Et .i. Judicare .i. ad iudicādū ꝑ ꝓpriū
tuuz in iusticia. Ante ipm opz nos p̄ntari. iuxta illud apli
Ro. xiiij. Oēs stabim⁹ ante tribunal iudicis xp̄i. Et .ij.
Cor. v. Oēs nos manifestari opz ante tribunal xp̄i. Et q2
vt dicit Greg. Qualis q̄sq3 hinc egredit̄ talis in iudicio
p̄ntabitur. di. xxv. qualis. Jdeo vt dicit sapiēs Eccl. xviij.
Ante iudiciū para iusticiā .i. opa iusta cū qbus cōpareas.
Nā oīa alia te deserūt nisi opa tua. Apoc. xiiij. Opa illoꝝ
.s. mortuoꝝ sequunt̄ illos. Vn̄ Jo. damas. circa hoc ponit
Nota si- similitudinē talē. Fuit q̄dā hn̄s tres amicos. vnū diligebat
militudi- plus q̄ se. aliū sicut se. tertiū min⁹ se ⁊ satis parū. Hic cū
nem. fuisset citat⁹ a dn̄o suo ad r̄ndendū in curia sup̄ factis suis
vn̄ sibi periculū mortis iminebat. accessit ad p̄mū: rogās
vt cū eo iret ⁊ eū iuuaret. q̄ r̄ndit se non posse ꝑpter alias
occupatiōes: tn̄ ꝑpter amicitiā suā si sententiā mortis acci-
peret: daret ei saccū cilicinū ad eū inuoluēdū. Ad aliū ac-
cedēs ꝓ simili cā etiā ille se excusauit: sed tn̄ ꝑpt̄ amicitiā eū
associaret vsq3 ad curiā. Ad tertiū accedēs cū verecūdia
et confusione: q2 parū dilexerat: rogauit sibi vt eū associa-
ret. Cui ille. Licz parū mihi dilectionis ondēris: nihilomi-
nus nolo te deserere: sed ad iudicē tecū volo venire et ꝓ
te loq̄. Hō hic significat quēlibet pctōrē q̄ h3 tres amicos.
mūdū quē diligit magis q̄ se .i. salutē suā. consanguineos
q̄s diligit vt se. ⁊ aliq bona opa: q̄ tn̄ pua sunt: et cū modi-
ca affectiōe facta. Cū aūt citat̄ ꝑ mortē a dn̄o: ⁊ multū h3
timere de sententia dāda: vtiq3 mūdus nimis amat⁹ ab ipo
nō comitat̄ eū: sed dat sibi ꝓ cadauere cooperiēdo saccū
vilē. Cōsanguinei etiā nō vadūt ad iudiciū ad intercedēdū
ꝓ eo: sed associāt vsq3 ad ecclesiā fun⁹. S3 bona opera eū
comitant̄: ⁊ si sunt facta in charitate eū defendūt. Vnde
Amb. Nō sunt hoīs bona q̄ secū ferre nō potest .s. t̄palia.
Sola mia comes est defunctoꝝ. Cū igit̄ aīa deo p̄sentat̄
exigit̄ rō ab ea. s̄m q̄ parabolice habet̄ Mat. xviij. de re-
ge qui voluit rōnem ponere cū seruis suis.
De qb⁹ ē ¶ Et primo ponit rōnem de bonis naturalibus.
rō reddē- ¶ Scd̄o ponit rōnem de bonis spūalibus.
da. ¶ Tertio ponit rōnem de bonis temporalibus.
¶ Quarto ponit rōnē de pctīs admissis ⁊ dimissis.
¶ Quinto ponit rōnem de fiendis omissis.
¶ Sexto ponit rōnem de subditis commissis.

Quātū ad primū dicit apls .i. Cor. iiij. Quid habes qd̄
nō accepisti. q. d. nihil. Jpse eñ deus te fecit quantum ad
corp⁹: ⁊ possedit quātū ad vite ꝯseruationē ⁊ creauit quā-
tū ad aīam. Deut. xxxij. Sūt aūt bona naturalia figurata
ꝑ talēta plura vł paucio: a cōmissa a dn̄o seruis suis ad lu-
crificādū: vt h̄r parabolice Mat. xxv. nā vni dedit quinq3
talēta: alteri duo: alij vnū tm̄. Et post certū tp̄s veniēs vo-
cauit eos vt rōnē redderēt de lucro. Vnū igit̄ talentū po-
test dici eē liberū arbitriū: qd̄ oib⁹ dat̄ adultis: nisi fatuis
cui non h̄nt reddere rōnē. Et h̄ solo siue sanitate corpis ⁊
alijs bonis t̄palib⁹ potest multa facere .s. ad gr̄am se ꝑpa-
rare si eā nō h3. Et certū est s̄m .b. Tho. in .iiij. q̄ nulli eā
subtrahit faciēti qd̄ in se est: ⁊ receptā pōt ⁊ d3 augmenta-
re. Vn̄ Eccl. xv. d2. Deus creauit hoiē: ⁊ reliq̄t eū in ma-
nu cōsilij sui .i. ptāte arbitrij: posuit ante eū malū ⁊ bonū
ad qd̄ voluerit extendat manū suā. Duo talēta sunt libe-
rū arbitriū quoad aīam: ⁊ valitudo corpis q̄ a deo dant̄.
ps̄. xxvi. Vn̄ ps̄. Dn̄s illuminatio mea .i. cā illuminatiōis q̄ad ani-
mā ⁊ rōnē: ⁊ salus mea quoad corpis sanitatē: ⁊ certe ma-
gnū est istud talentū: q2 vt d2 Eccl. xxx. Non est cēsus sup̄
censum salutis corporis. Quinq3 v̄o talēta intellectiua
acuta ad inuestigādū: ⁊ memoratiua tenax ad recordan-
dū: estimatiua ad arbitrādū: imaginatiua fortis ad fantasi-
andū: sensitiua exterior ad exercitādū. Rō igit̄ exigit̄ de
intellectiua: si circa vana ⁊ curiosa se exercuit: q2 tunc de-
meruit: aut circa diuina p̄cepta: q2 tunc lucrat⁹ est merita.
Vn̄ Eccl. iij. Jn plurib⁹ opib⁹ ei⁹ ne fueris curiosus: sed q̄
tibi p̄cepit deus illa cogita semp̄. De memoria inquirit̄ si
fuerit occupata ad recolēdū iniurias ob vindictā contra
illud. Ne memor eris iniurie. Leuit. xix. Aut ad recolendū
diuina bn̄ficia. s̄m exemplū esaie dicentis. Miserationū Esa. lxiij
dn̄i recordabor. Tunc eñ lucrat̄. De estimatiua q̄rit̄ cū
rōne si se estimauit supra seīpsam tunc multum ꝑdidit. ad
Gal. vi. Qui se existimat aliq̄d esse cū nihil sit: ipse se sedu-
cit. Sed habēdo rectā estimationē de futuro premio per
penas consequēdo ⁊ p̄ncipalit̄ virtute dei multū lucratur
Sic faciebat apls dicēs ad Ro. viij. Existimo q̄ non sunt
cōdigne passiones huius t̄pis ad futurā gloriā q̄ reuela-
bitur in nobis. De imaginatiua cū intellectu q̄rit̄ ad fan-
tasiandū circa scripturarū cōcordantiam. ps̄. xlj. Abyssus
abyssū inuocat. Ab altitudine fantasie .i. vetus testamētū
vbi est abyssus q̄si infinite sapiētie: inuocat abyssum noui
testamēti: ⁊ econuerso: q2 vnū reddit testimoniū alteri. Et
abyssus culparū inuocat abyssum penarū ex testimonio
scripturarū: qd̄ fantasie altitudo ꝯcernit: ⁊ sic lucrat̄. De
sensitiua exteriori exigit̄ ratio: si vsus est rōnabilit̄ nō pue-
riliter. Vnde apls. Nolite pueri effici sensibus: s3 malicia .i. ad Co-
paruuli estote .i. nō vtendo ad malicias pctōꝝ. Qui v̄o rinth. xiiij
duo talēta accepit .s. sanū sensum seu intellectū ⁊ corpus
exigit̄ rō si intellectu attentione fecit orōnes ⁊ audiuit di-
uina. et si corp⁹ spiritui subiecit ꝑ abstinētias moderatas
tn̄ s̄m illud Ro. xij. Exhibeatis corpa vr̄a hostiā viuentē
sanctā deo placentē. Qui v̄o vnū tm̄ accipit etiā si illud
nō multiplicauerit ꝑparādo se ad gr̄am ⁊ viuēdo s̄m eā:
vt malus ⁊ piger cōdēnabit̄. Qui v̄o accepta multiplica- Math.
uerit bene vtendo dicet̄ ei. Euge serue bone et fidelis ⁊c̄. xxv.

De bonis spūalibus exigetur rō: que vtiq3 dant̄ a deo .i.
Cor. xij. Unicuiq3 dat̄ .s. a deo manifestatio spūs ad vtili-
tatē. Et h̄ sunt decē figurata ꝑ decē mnas q̄s hō nobilis
dedit vni ex seruis suis: alteri duas q̄nq3: alteri vnā vt ne-
gociarent̄ cū eis: vt habet̄ Luc. xix. parabolice. Nouē ex
his sunt gratie gratis date cōes bonis ⁊ malis q̄s enume-
rat apls .i. Cor. xij. Diuisiones grāꝝ sunt ⁊c̄. Decima gr̄a
q̄ est oibus vtilior est gr̄a gratū faciēs. Hec dat̄ cuilibet in
baptismo nisi ponat obstaculū. Sed gr̄e gratis date oēs
non dant̄ simul vni cōiter: sed alicui plures: alicui paucio-
res: alicui autē dant̄ oēs sicut cū gr̄a gratū faciente. vt btō
Dn̄ico. habuit eñ s̄monē sapiētie: sc3 ad loquēdū sapide
⁊ alte de diuinis. Sermonē scientie ad loquendū efficaci-
ter de humanis ⁊ moralibus. Habuit et fidē .i. quandam
certitudinē credendorū: quod ostēdit in disputatiōe ꝯtra
hereticos: ꝑcipue in charta in ignē missa et illesa. Gratia
sanitatū ei nō defuit: q2 plurimos ex varijs languoribus
sanauit. Opatio v̄tutū in eo refulsit .i. insigniū miraculo-
rū: vt resuscitatio mortuorū. Prophetiā se habere ostēdit
reuelatione occultorū: vt de cōuersione cuiusdam heretici
ei deputati ad mortē. Discretio spirituū ei affuit: in cogno-
scēdo insidias demonū sibi apparentiū. Genus linguaꝝ
⁊ ꝑcipue intelligēdo idioma aliorū sibi ignotū. Jnterpreta-
tio q̄3 sermonū in eo fuit ostensa: q̄ mirabilit̄ ⁊ suauiter ex-
ponebat mysteria scripturaꝝ vn̄ plures libros postillauit
Habuit ⁊ gr̄am gratū facientē. vt p3 ex sanctitate eius et
operibus virtuosis. de vsu eaꝝ exigit̄ rō. Nā qui tm̄ mnā
vnā recipit .i. gr̄am gratū facientē reddere h3 rōnē nō so-
lū si ꝯseruauit: s3 ⁊ si augmētauit ꝑ exercitiū v̄tutū. Pro-
pter quod dicebat apłus .ij. ad Cor. vi. Hortamur vos ne
in vacuū gr̄am dei recipiatis. Jn vacuū recipit .i. frustra
q̄ in ea se nō exercet. Vn̄ in illa parabola: q2 nō multipli-
cauit eā qui vnā accepit mnā reprehensus ⁊ ea priuatus
fuit. Qui recipit aliquas ex gratijs gratis datis: sed non
oēs: figurat̄ ꝑ eū qui q̄nq3 accepit. Et talis etiā siue partē
siue oēs recepit: rōnē reddet quō eis vsus est ⁊ quo fine vi-
del3 si ad vtilitatē p̄ximoꝝ ⁊ honorē dei ꝑpter que dant̄
aut ꝑpter honorē ꝓpriū .i. Pet. iiij. d2. Vnusq̄sq3 sicut ac-
cepit gr̄a3 in alterutrū illā administrātes: sicut boni dispē-
satores multiformis gratie dei. Hinc ⁊ Aug. .i. q. .i. prophe-
tauit. dicens. Non se iactēt qui forte sine charitate habēt
sanctū dei mun⁹ .i. aliquā gr̄am gratis datam: sed videat

qualē rōnē sint habituri cū deo qui sanctis nō sancte vtū-
tur: vt Saul mal⁹ ⁊ Balaā ꝓphetiā hñtes. Bona tēpo-
ralia sunt diuitie: honores: fama ⁊ hmōi: q̄ dant͛ abundā-
ter ⁊ mediocriter ⁊ tenuiter: fm bñplacitū dei. Vt em̄ di-
cit Amb. de diuite. Qn̄ hanc ingressus es lucē: qn̄ de ma-
tris vētre exisiti: qb⁹ facultatib⁹ q̄so: qbus subsidijs stipa-
tus ingressus es. di. xlvij. sicut hi. q. d. nullis. Ergo a deo
tibi cōcessa sunt: nō ad dissipādū vel tibi retinendum: sed
rōnabilr dispensandū tibi ⁊ alijs. Et de hmōi dispēsatiōe
rō exiget͛: vt habet͛ parabolice. Lu. xvj. de quodā villico q̄
diffamat⁹ ꝙ dissipasset bona dñi sui: vocat⁹ ab eo ait. Red-
de rōnē villicatiōis tue. Ad idē facit qd̄ ait Aug. Hoies q̄z
rōnabiles facti sunt ⁊ de se ⁊ de oibus rebus que in vsum
vite pñtis acceperūt: rōnē reddituri sunt deo: et ꝑ actuuz
suoꝝ q̄litate recipiēt: aut gloriā aut penā. xv. q. j. firmissi-
me tene. §. ex eo autē. Qui igit͛ tenaces sunt et paupibus
nō subueniūt: male poterūt reddere rōnē: vt diues epulo
Lu. xvj. Et q̄ ea in vanitatib⁹: in ludis: in cōuiuijs: in pom-
pis cōsumūt: deterius eis erit: nisi se recognoscant ⁊ dole-
ant vt filius ꝓdigus q̄ dissipauit oēm substātiā suā viuen-
do luxuriose. Luc. xv. sed postea ad patrē cū hūilitate re-
uersus est. Pessime autē rōnē reddere poterūt qui ꝑ fas ⁊
nefas acquirūt ⁊ retinēt talia. sicut achan qui furat⁹ regu-
lā aureā ⁊ chlamydē ꝓpter hoc lapidat⁹ est. Josue. vij. c.
Quarto exiget͛ rō de pctīs admissis ⁊ dimissis. De omni
v̄bo ocioso reddēt hoies rōnē in die iudicij. Mat. xij. Nō
solū vniuersalis: sed ⁊ pticularis iudicij qd̄ est per mortē.
Est autē verbū mētale vt cogitatio: vocale vt locutio: ma-
nuale vt laboratio. Et de quolibet hoꝝ si fuerit ociosuz. i.
inutile ⁊ infructuosum punit͛. Vn̄ propheta. Ve vobis q̄ co-
Mich. ij gitatis inutile. Et multo magis ⁊ strictius de locutionib⁹
maledicis: detractorijs: mēdacijs: piuratorijs: incātatiōi-
bus ⁊ hmōi. Cū aūt hmōi pijssim⁹ deus dimittat reuertē-
ti ad pniam. ⁊ totiēs q̄tiēs exiget͛ rō si ipe ita dimisit odiū
offendēntibus eū. Nā si nō dimisit: sed cū odio fraterno in-
grauit: acerrime cōfundet͛ ⁊ puniet͛: fm similitudinē datā
a saluatore nr̄o Mat. xviij. de seruo debitore decez miliū
talentoꝝ: qui cū fuisset oblat⁹ dño suo i ratiocinio fiendo
⁊ nō haberet vn̄ redderet: iussissetq̄ dñs eius eū vendi ⁊
vxorē eius ⁊ filios: ⁊ ex ꝑcio sibi satisfieri: humiliat⁹ ille ꝓ-
mittens satisfactionē: data sibi dilatione dñs eius dimisit
eū liberū ⁊ debitū eius. Posthmodūz seruus ille inueniēs
conseruū suū debitorē i centū denarijs cū ille se humilia-
ret ⁊ peteret dilationē ab eo repetēte debitū: noluit cōce-
dere: sed misit eū in carcerē. Quo audito dñs eius iteruz
fecit vocare eū dicens. Serue nequā oēm debitum dimisi
tibi ⁊c. deinū tradidit eū tortorib⁹. Dñs iste et rex de⁹ est:
debitor decē miliū talētoꝝ est trāsgressor p̄ceptoꝝ: cogita-
tiōe: locutiōe: vel opatiōe. Exactio seu inq̄sitio ratiocinij
prima vice est ꝑ inspirationē ⁊ internā cōpūctionē: in qua
cōsideratione videt se pctōꝝ dignū condēnatione vt scȝ vē-
datur in seruū diabolo: vt scȝ ei subijciat͛ in penis. et vxor
eius. i. volūtas: ⁊ filij. i. affectus sui ⁊ sensus. Sed sciēs di-
uinā pietatē ⁊ misericordiā humiliter petit ꝓponēs in futu-
rū vita comite satisfacere de malis suis. Ad quā cōpūctio-
nem et ꝓpositū subito deus liberat a seruitute diaboli: et
debitū pctōꝝ relaxat. Sed ingratus homo de tam imēso
beneficio: cū postea recipit aliquā iniuriā a ꝓximo: vel re-
cordatur de alia sibi facta: nō vult ignoscere: sed q̄rit vindi-
ctā. Et ꝑseuerādo in hmōi crudelitate: deus scd̄o vocat. s.
ꝑ mortē. Et si cum tali indispositione ad tribunal xp̄i acce-
dit post maximā confusionē tandē tradit͛ tortorib⁹ carce-
ris infernalis. Et ad hoc facit quod dicit Aug. Qui diui-
ni beneficij oblitus suas vult vindicare iniurias: nō soluz
de p̄teritis pctīs veniam nō merebit͛: sed que sibi dimissa
fuisse gaudebat ei iputabuntur ad penā. de pe. di. iiij. qui
diuini. Quinto ponit rōnem seu exigit de bonis omissis
ps̄. xviij. que innumera sunt. Propter qd̄ dicit ps̄. Delicta q̄s intel-
ligit. q. d. nullus. Et dicunt͛ delicta pctā omissionis: quasi

derelicta. s. bona q̄ fieri debebāt. Et q̄ sint ista delicta seu
bona omissa in pte ondit in eo qd̄ subdit. Ab occultis meis
mūda me ⁊c. Multa em̄ sunt pctā q̄ eo ꝙ sunt nob ignor-
ta ⁊ oblita: omittimus de ipsis agere pniam. Multa em̄
sunt q̄ etsi in se bona sint ⁊ bona intēriōe facta: ꝓpter ali-
quā circūstātiam debitam ibi omissam demeritoria sunt.
Quis etiaz posset intelligere tp̄s omissum in quo potuit
quisq̄ bona plura agere. De q̄ inq̄t Bern. Oēe tp̄s tibi
impēsum exiget͛ a te rō qualr̄ fuerit expēsum. Scd̄o erga
ꝓximū omittit q̄s etiā multa q̄ dȝ facere vt fraternam cor-
rectionē. De qua omissione Aug. ait. Si neglexeris corri-
gere peior effect⁹ es eo q̄ peccauit. Sȝ de hac materia fra- Titu. ix.
terne correctionis habes in. ij. pte. Silr̄ omittit q̄s bona ca. vj.
exēpla ꝓximo suo dare: ⁊ a specie mali sibi cauere propter
qd̄ efficit͛ alteri occasio ruine. Et ista sunt delicta aliena.
de qb⁹ ps̄. dic͛. Ab alienis parce suo tuo. Ab alienis. s. pctīs ps̄. xviij.
quoꝝ sum occasio. Tertio omittit q̄s facere plura bona:
vt mūdū deserere: religionē intrare: ⁊ alia opa pfectionis
facere ꝓpter amorē suorum ne displiceat eis. Propter qd̄
subdit ꝓpha. Si mei nō fuerint dñati. s. amici ⁊ ꝓpinqui: Ibidem
vel etiā cuȝ ꝓponit q̄s sensus suos diligēter custodire: ne
mors pctī intret ꝑ eos: tract⁹ postea sensualitate omittit
illud exeq̄: ⁊ sic sui scȝ sensus dñantur ei⁹. Sed tūc q̄s erit
imaculat⁹ vt subdit ps̄. Si ab occultis et ab alienis ⁊ suis
liber fuerit pctīs. Hec cōuersatio imaculata. s. libera ab oi-
bus mortalibus figurat͛ ꝑ vestē nuptialem: quā q̄ nō hȝ
in nuptijs ecclie militātis: sed sine ea pñtat͛ ante ꝯspectū
supni iudicis cum summa sui ꝯfusione d͛r sibi. Amice quō
huc intrasti: nō habēs vestem nuptialē: vt hr̄ parabolice.
Mat. xxij. Sicut em̄ illi q̄ noluerunt inuitati ire ad illas
nuptias: significāt iudeos ⁊ alios infideles q̄ ad nuptias
ecclesie. i. fidē accedere noluerūt: ꝓpter qd̄ igni cū ciuita-
te traditi sunt. i. aie: ⁊ postea corpora ipsorū. Sic ille qui
nuptijs interfuit sine veste nuptiali significat quemlibet
xp̄ianū nō habentē v̄tuosam ꝯuersationē: sed maculatā:
⁊ ob h̄ talis etiā mittitur in tenebras exteriores obmute-
scēs. Sexto exiget͛ rō de subditis cōmissis. Unde aplr̄s ad
Heb. vlti. Obedite p̄positis vestris ⁊ subiacete eis. ipsi em̄
ꝑuigilāt quasi rōnē ꝑ aiab⁹ vestris reddituri. Et aliq̄ quis-
de rōnē reddituri sunt quātū ad gubernationē yconomi-
cā: sicut pr̄ ⁊ mr̄ de morib⁹ filioꝝ. nō em̄ min⁹ de aiabus eo-
rū curā gerere debent ne infirment͛ ꝑ pctā: ꝙ de corpib⁹ vt
sana ꝯseruent͛. Qd̄ q̄z nō fecit Heli etsi in se bonus fuerit
horribili morte mulctat⁹ est. j. Reg. iiij. Aliq̄ rōnē reddēt
de alijs quoad gubernationē polyticā. s. ciuitatū ⁊ castro-
rū: ⁊ hi rōnē hñt reddere et puniri de legibus iniustis vel
iniuste cōstitutis: de malis cōsuetudinib⁹ nō extirpatis si
potuerūt extirpare. de tallijs ⁊ alijs grauaminib⁹ extortis:
de sentētijs iniq̄s ⁊ alijs hmōi. Et vt d͛r Sap. vj. Judiciū
durissimū fiet his q̄ p̄sunt. Durum si nō bene rexerint seip- Nota cō-
sos: durius si nō bñ gubernauerint familiā ꝓpriā: durissi- tra pre-
mū si iusticiā legalē oibus non ministrauerint. Alij v̄o rō- latos.
nē reddituri sunt quoad gubernationē ecclesiasticā: vt p̄-
lati ecclesie: videlȝ si regimē cōsecuti sunt canonice: ⁊ non
ꝑ ambitionē vel simoniā. Si ꝑ se vel saltē alios pplos do-
cuerūt necessaria saluti. Si bona ecclesiarū bñ tractaue-
rūt. paupes subleuādo. nō in pōpis vestiū. in mulis. in cō-
sanguineis. in ludis. ⁊ turpitudinibus male expēdendo.
Si plus de aia subditi q̄ de lacte ⁊ lana curam habuerūt.
Si vitia debite correxerunt. vn̄. xiij. q. j. ecclesias. d͛r de tali-
bus. Unusquisq̄ terminis suis sit cōtētus: ⁊ taliter eccle-
siā ⁊ plebē sibi cōmissam custodiat: vt ante tribunal iudi-
cis eterni ex oibus sibi cōmissis rōnem reddat: ⁊ non iudi-
ciū: sed gloriā ꝓ suis actibus ꝑcipiat. Vn̄ ⁊ dñs dixit Lu.
xij. Quisputas est fidelis dispensator ⁊ prudēs quem con-
stituit dñs sup familiā suā. q. d. rarus. Sed beatus ille ser-
uus quē cū venerit dñs inueniet ita facientē: scȝ fideliter
⁊ prudenter. Sed si secus fecerit: veniet domin⁹ hora qua
nescit et diuidet eum: partēq̄ eius cum hypocritis ponet.

§. V. Tertiũ ꝛ nouissimum

De tertio nouissimo. q̃d est memorandũ est post rõnẽ redditã corã xp̃o iudice sentẽtie illatio. Est aũt sup oĩa h̃ horrẽdũ et expauescẽdũ quia vt dr̃ Eccũ. xi. In quãcũq; partẽ lignũ ceciderit: siue ad austrũ siue ad aquilonẽ ibi erit. Et loquit̃ de ligno seu arbore rõnali: que tũc cadit cũ moriẽs sentẽtiã recipit: scʒ vel eũdi ad aquilonẽ. i. ad infernũ. Ab aq̃lone em̃ pãdet omne malũ. Hiere. i. Uel ad austrũ vbi est calor signans charitatẽ. vel ad austrũ. s. paradisum actu vel aptitudine recipiendũ: ꝛ ibi semp erit ẜm ea q̃ hic opat᷒ est sententiã reportãdo. Unde ps̃. lxi. dicit. Potestas dei est: ꝛ tibi dñe mia: q: tu reddis vnicuiq; iuxta opa sua. Potestas absoluta et vlis in eo est ad faciendũ de creatura ad placitum suuʒ: ne est q̃ de manu sua possit eruere. Potestas in ipso est ad puniendũ pctõres. Inest sibi ꝛ misericordia ad remunerandũ bonos vltra cõdignũ: ꝛ puniendũ malos citra condignũ. Reddet vnicuiq; nõ ẜm opinionem hoim que sepe errat: sed ẜm sua opa. Un̄ vt habet̃ parabolice Mat. xxv. Fatue ṽgines q̃nq; que similes prudentibus videbant̃ aliã sentẽtiã reportarunt q̄ ille: signantes aias quinq; sensib᷒ deditas: vnde ꝛ fatuas. Nã q: nõ portauerunt secũ oleũ in vasis. i. charitatẽ in cõsciẽtijs: cũ habuerũt occurrere spõso. s. ipsi iudici xp̃o eis nouissime venientib᷒. i. p reportatione sentẽtie clausa est ianua: et dictũ est eis. Nescio vos. Multũ terret sctõs ista cõsideratio. Naʒ vt dicit Grego. Multa sunt q̃ de dei iudicio hoies ignorant: quia fortasse q̃d vos laudatis: ille reprehẽdet: et q̃d vos reprehenditis: ille laudabit. Et loquit̃ Greg. seu scribit Mauritio imparori. xi. q. i. sacerdotib᷒. Unde in vitis patrũ cũ abbas Agathon esset in extremis: ostẽdebat se multũ timere: cui circũstantes cũ interrogarent quare timeret: cũ p. lx. annos semp deo seruisset cũ magna abstinẽtia. dixit ille. Laboraui iuxta fragilitatẽ meã in seruitio dei: sed quia alia sunt iudicia dei q̄ nostra: ideo timeo. Aliquãdo putamus deo placere: vbi demeremur ppter aliquem defectũ nobis ignotũ. Un̄ ꝛ Job. ix. Uerebar oĩa opa mea sciẽs q nõ parceres delinquẽti. Et ad hoc etiam facit q̃d dñs vinee dixit. Uoca operarios ꝛ redde illis mercedẽ. Mat. xx. Ubi tria notantur. Primo.

¶ Nostra migratio. ibi. Uoca.
¶ Uaria hic exercitatio. ibi. operarios.
¶ Operis retributio. ibi. redde illis mercedem.

§. VI. Quantũ ad primum

Nr̃a migratio. dicit Job. xiiij. Uocabit me scʒ p mortẽ. et ego respõdebo tibi. hinc migrando. ꝛ vt dicit Cyprianus de pe. di. i. nunq̃d cayn. Qualem te inuenit dñs cum vocat: taleʒ te iudicat. Uocat aũt ipse deus primo nos in vita presenti ad laborandum in vinea ecclesie ꝛ varie.

¶ Nam aliquos vocat ad necessariorũ obseruationem.
¶ Aliquos ad perfectorum cõuersationem.
¶ Aliquos ad plurimorum gubernationem.

ps̃. xlix. Et de primo põt intelligi illud. Deus de celo dñs locut᷒ est ꝛ vocauit terrã. i. hominẽ. Et hoc. A solis ortu vsq; ad occasum. i. a pncipio quo sol intelligẽtie orit̃ ei vsq; ad occasuʒ senectutis. Uocat aũt ad tria obseruãda oib᷒ necessaria. s. ad fidẽ credẽdorũ: spem eternorũ: ꝛ dilectionẽ dei ꝛ proximorũ. Et de his in figurã dixit moyses Exo. iij. Dñs deus hebreorũ vocauit nos: via triũ dierũ ibim᷒ in solitudinẽ. s. vite p̃sentis. Uia triũ dierũ est opa illarũ triũ ṽtutũ: ꝛ sic immolamus deo nr̃o sacrificiũ sibi gratũ spũalr̃. Nã de fide
i. Pe. ij. dicit btũs Petrus in can̄. sua. De tenebris. s. infidelitatis
vt ſcias q: occidis:audi.ps.ꝶilij hoim arma eoꝝ dentes ⁊ ſagitte:⁊ lingua eoꝝ gladius acutus.de pe.di.i.noli putare. Tertio perpetrat̃ opere.Exodi.xxi.Qui ꝑcuſſerit hominē volēs eū occidere:morte morietur. Et Aug.de ciui.dei.c.xx.His exceptis quos vł lex iuſta generaliter vel ipſe fons iuſticie deus ſpecialiter iubet occidi quiſquis hoiem vel ſe vel aliū occiderit:homicidij crimine innectet̃.xxiij.q.v.ſi nō licet.Cōtra hoc etiā ꝑceptum facit grauiter ſe verans vel vulnerans vel mutilans ſe vel aliū. Unde ⁊ amputans ſibi virilia etiā zelo caſtitatis homicida dr̃:⁊ ꝓhibetur ordinari ⁊ ꝓmotus officio ordinis fungi. q: irregularis eſt.diſt.lv.ſi quis abſciderit. Sed etiā iudex vel miniſter eius occidens reū nō amore iuſticie: ſed liuore vindicte et delectatiōe effundēdi humanū ſanguinē homicida reputat̃. Unde Aug. Cū miniſter iudicis occidit eū quem iudex iuſſit occidi: ꝓfecto ſi id ſponte facit.i.delectabiliter homicida eſt.xxiij.q.v.cū miniſter. Nec refert quō quis ſe vel alium occidat:gladio ſcꝫ vel veneno: vel lapide vel ligno: grauius tñ quāto ꝑſona occiſa eſt innocentior vł vtilior vel ꝓpinquior. Vñ occiſio patris vel matris vel filiorū grauiſſimū:inde ꝑ parricidiū:quod vtiqꝫ nec etiā ꝓpter adulteriū perpetratū ꝑmittit̃:ſꝫ ꝓhibet̃ ⁊ grauiter punit̃ vt.xxxiij.q.ij.admonere. Quarto perpetrat̃ homicidium omiſſione. cū ſcꝫ aliq̄s pōt obuiare morti alterius iniuſte ſine ſui periculo:⁊ nō curat. Prouer.xxiiij. Erue eos q̄ ducunt̃ ad mortē ⁊ q̄ trahunt̃ ad interitū liberare nō ceſſes. Sicut fecit Daniel erga ſuſannā.Danie.xiij. Hinc ⁊ Symmachus papa. Nō grādis eſt differentia vtrū letū inferas vel admittas. mortē eñ lāguentib⁹ ꝓbat̃ infligere: q̄ hāc cū poſſit nō excludit.diſt.lxxxiij.§.i.Et dicit ibi glo. de medicis ꝙ tenent̃ gratis infirmis pauperib⁹ mederi: q̄nimo ⁊ medicinas emere ſi ꝑñt: cū aliter eis de ſalute ꝓuideri nō poſſit. Et ſilr̃ qui nō ſubuenit indigentibus in extrema neceſſitate cū poſſit:homicida reputat̃. Vñ Eccli.xxxiiij. Panis egentiū vita pauperis eſt q̄ defraudat illū ſcꝫ non dādo:vir ſanguinū eſt.i.homicida. Et Ambroſius. Paſce fame morientē q̄ſquis eñ paſcendo hoiem ſeruare poteris:ſi nō paueris fame occidiſti.diſt.lxxxvi.paſce. Contritio ſꝗtur.i.deſtructio corporis: ⁊ infelicitas.i.priuatio regni ſupni:in vijs eoꝝ.i.in operib⁹ homicidij: q: ois homicida non habet partē in regno xp̄i.i.Joh.iij. Sed vt dr̃ Apoc.xxi. Homicidis pars in ſtagno ardenti igne et ſulphure. Quodlibet hoꝝ homicidioꝝ eſt mortale.

§.X. Sextum preceptum

Hoc ꝑcepto cauetur ne ſiat iiuria primo i ꝑſona cōiuncta.

eſt. Nō mechaberis.Exo.xx. Poſt iniuriā ꝓprie ꝑſone nulla maior reputat̃ ꝙ adulteriū:qḋ dr̃: mechia:qḋ cōmittitur in ꝑſonā cōiunctā: que reputat̃ q̄ſi vna ꝑſona cum cōiuge ſuo.Mat.xix. Itaqꝫ non ſunt duo:ſed vna caro. Et q̄uis mechia ꝓprie dicat̃ adulteriū.i.acceſſus ad alienū thorū: tñ ſub iſto noie intelligit̃ prohibita ois ſpēs luxurie:⁊ ois actus venereus extra matrimoniū debite ſeruat⁹. Unde Augu.in lib. de q̄ſtionib⁹ Deute.dicit. Meretrices eſſe ⁊ ad meretrices accedere ꝓhibet dñs: quarū publice venalis turpitudo eſt.cum.ſ.dñs dicit in lege:vt notat hic glo. Nō erit meretrix de filiab⁹ iſrael:nec ſcortator de filijs iſrł. Et paulopoſt. Sed ſicut ſub furti noie intelligit̃ ꝓhibita ois illicita vſurpatio rei aliene:nō eñ rapinā ꝑmiſit q̄ furtum ꝓhibuit:ſꝫ vtiqꝫ a parte totū intelligere voluit q̄cq̄d illicite rerū ꝓximi aufert̃:ſic noie mechie ois illicit⁹ ꝯcubitus atqꝫ illoꝝ membroꝝ nō legitim⁹ vſus ꝓhibitus debet intelligi.xxxij.q.iiij.meretrices. Et Iſido.ſup Exo. ait. Nō mechaberis.i.nec quiſq̄ ꝑter matrimonij federa alijs feminis admiſceat̃.xxxij.q.v. non mechaberis. Ideo aūt in decalogo potius expꝛ̄ſſe ꝓhibet̃ mechia.i.adulteriū ꝙ alia ſpecies luxurie: q: cū ꝑcepta decalogi ꝑtineāt ad iuſticiā: que reddit debitū alteri:⁊ nemini inferat nocumentū vel iniuriā:magꝭ fit clare iniuria ꝓximo ꝑ adulteriū ꝙ ꝑ alios modos luxurie. ⁊ ideo expꝛ̄ſſe ꝓhibet. Circa hoc pōt induci illud ps.c. Ambulās in via imaculata hic mihi miniſtrabat. Cuius ois culpa mortalis ſm Tho.in.iiij.maculā aie ingerat: q̄ non eſt aliud ꝙ ꝑuatio pulchritudinis aie q̄ reſultat ex debita cōmenſuratiōe operū:ſm ſcꝫ rōnē cū quadam refulgentia grē: precipue tñ pctā luxurie magis dicūtur maculare hoiem: q: corpus ⁊ famā ⁊ aiam maculant:⁊ abſorbent pre ceteris lumen rōnis. Vñ de Salomone ꝓpter luxuriā eius infecto dr̃: Eccli.xlvij. Tu aūt poſuiſti maculā in glīa tua:inclinaſti femora tua mulierib⁹. In via q̄

Luxuria pre ceteris vicijs maculat hoiem.

imaculata ambulat q̄ caſte viuit: ſeruās illud ꝑceptū. non mechaberis. Et hic vt fidelis bon⁹ miniſtrat.i.ſeruit deo. ad Heb.xiij. Honorabiles nuptie:⁊ thorus imaculat⁹. Et multomagis ei ſeruit ⁊ acceptius qui ambulat in via inmaculata viduitatis vel virginitatis mūde. Unde canit eccleſia de Agatha virgine. Immaculatus dñs imaculatam ſibi ſponſam elegit. Et de virgine dei matre. Sancta ⁊ immaculata ꝟginitas ⁊c. Et qui mihi miniſtrauerit. ait domin⁹. honorificabit eum pater meus q̄ eſt in celis. Joh.xij. Et in celis ſine macula ſunt añ thronū dei. Apoc.xiiij. ꝶit autem quadrupliciter quis maculatus per luxuriā faciens contra hoc preceptum.

Maculat̃ q̄s q̄drupliciter ꝑ luxuriā faciēs ꝯ h̄ ꝑceptū.

- Cum agit turpiter in ſeipſum.
- Cum cognoſcit nequiter vas femineum.
- Cum ſe iungit ſceleriter ad ſimilem ſexum.
- Cum accedit carnaliter ad animal brutum.

Quātū ad ꝑmū maculat̃ q̄s ꝑ luxuriā operādo turpia ꝑ ſeipm̄:qḋ dr̃: mollicies.i.Cor.vi. Nec molles regnum dei poſſidebūt: q: illud mortale eſt: ⁊ ꝯ hoc ꝑceptū. Rō hui⁹ eſt ſm Tho.ij.ij.q.cliij.ar.ij. Pctm̄ i humanis actib⁹ eſt qḋ eſt ꝯtra ordinē rōnis. Habet hoc rōnis ordo vt q̄libet ordinet ⁊ dirigat ad finē ſuū. Unde ſicut nō eſt pctm̄ ſi ꝑ rōnē homo vtatur aliq̄bus rebus ad finē ad quē ſunt modo ⁊ ordine cōuenienti: dūmodo ille finis ſit aliqḋ ꝟe bonum. Ita pctm̄ eſt ſi vtat̃ hō aliq̄bus rebus ad finē ad quē non ſunt ordinate:vel ſi non debito mō hoc faciat. Eſt aūt ꝟe bonū vt ꝯſeruet̃ natura indiuidui qḋ fit per eſum ciborū. Et ſilr̃ bonū eſt ⁊ magis excellens ꝙ cōſeruet̃ natura ſpeciei: qḋ fit in gn̄atione ꝑ actū venereū. Sicut g̃ vſus ciboꝝ ſi nō fiat ad debitū finē.ſ.ſuſtentationis corporis vel non debito modo eſt pctm̄:ita vtendo venereis nō ad finē humane gn̄ationis vel indebito mō:vt cū nō ſua vxore pctm̄ eſt. Sed polluēdo ſeipm̄: certū eſt ꝙ fruſtrat̃ oino intērio nature:cū nō poſſit ſequi generatio. vñ pctm̄ eſt ⁊ mortale ex quo excludit a regno dei ſm aplm̄. Et q̄uis ſemē humanū dicat̃ ſupfluū in aiali. non tñ eſt ſimplr̃ ſupfluū: ſed ex eo ꝙ eſt reſiduū operationis virtutis nutritiue. tñ eo indigetur ad virtutis generatiue opus:⁊ iō cū ꝓcurat̃ emitti indebite.i.extra actū cōiugalē pctm̄ eſt. Non ſic eſt de alijs ſupfluitatibus corporis q̄ qualitercūqꝫ emittantur ſalua decentia cōuictus humani ſine pctō eſt. Si autem accidat emiſſio ſeminis in vigilia vel ſomno ſine ꝓcuratione aliq̄ ⁊ ꝑter oēm intentionē non eſt pctm̄ ſm Tho. Scḋo ſit q̄s maculatus feminā cognoſcendo nō ſuam. Tob.iiij. Attende tibi fili mi ab oi fornicatione:⁊ ꝑter vxorem tuā nunq̄ patiaris crimen ſcire. Sūt aūt diuerſe ſpecies luxurie cū mulieribus:⁊ diſtincte ⁊ ꝯfitende. Nam ſi pctm̄ carnis cōmittat̃ ſoluti cū ſoluta: dr̃: ſimplex fornicatio: vt accedere

Diuerſe ſpecies luxurie

ad meretrices vel cōcubinas ⁊ hmōi:qḋ quidā arbitrātur licitū non cōiugatis:nec eſſe pctm̄. Sed btūs Tho.ij.ij.q.cliij.ar.ij.dicit eſſe mortale:⁊ ꝯtra hoc preceptum. Apl̄s ad Ephe.v. Ois fornicator aut imūdus nō hꝫ hereditatē in regno dei ⁊ xp̄i. Si cōmittat̃ cū virginibus dr̃: ſtuprū. Si cū conſanguineis vel affinibus dr̃ incestus. Si cum clericis vel religioſis vł monialibus dr̃: ſacrilegiū vel etiā cum patribus ſpiritualibus vt confeſſoribus vel cōmatribus. Si ꝑ violentiā mulieris vel parentum dicit̃ raptus.

Mulier adulterans tria mala fac

Vir adulterãs etiã tria mala fac

Si cũ vxore alterius vel viro cõiugato muliere etiã soluta ꝯ: adulteriũ. i. ad Cor. vi. Neq adulteri regnũ dei possidebũt. Et vt dicit. b. Tho. in tractatu de decẽ pceptis. Mulier adulterãs tria mala facit q notant Eccl. xxiii. Ois mulier relinquẽs virum suũ peccabit. Primo in lege altissimi incredibilis fuit. Scdo virũ suũ dereliq̃t. Tertio in adulterio fornicata est: ⁊ ex alio viro substituit filios. Et sic legi dei nõ credit q phibet adulteriũ: ⁊ sacrm violat. fidẽ frangit viro: ⁊ pditionẽ ⁊ furtuȝ: si generat ex adulterio filios q̃s nutrit de substãtia viri. Vir aũt adulterans ⁊ ipse tria mala facit. Primo q: cũ sit caput vxoris deberet eã ducere exẽplo suo ad honestatẽ: ⁊ facit ꝯriũ. Scdo q: hȝ rõnẽ magis vigorosam q̃ mulier: ⁊ iõ põt magis reprimere ꝯcupiscẽtias. Tertio facit ꝯtra equalitatẽ: q: ita tenet sibi seruare fidẽ sicut illa sibi. Hinc Aug. in li. de decem chordis ait. Nõ mechaberis. i. nõ ibis ad aliquã aliã q̃ vxorẽ tuam. tu aũt exigis hoc ab vxore: ⁊ nõ vis hoc reddere vxori: cũ tñ debeas in virtute pcedere vxorẽ tuã: qm castitas virtꝰ est: ⁊ tu sub vno impetu libidinis cadis: ⁊ vis tuã vxorẽ esse victricẽ: ⁊ tu victus iaces. xxxii. q. vi. c. fina. Tertio fit quis macularꝰ agẽs ꝯtra h pceptũ p vitiũ sodomiticũ. De quo apls ad Ro. i. Tradidit illos deus. i. tradi pmisit in passiones ignominie. i. vitia innominãda. Nã femine eoꝝ immutauerũt naturalẽ vsum in eũ vsum q est ꝯ naturã. Similiter et masculi relicto naturali vsu femine exarserũt in desiderijs suis in inuicẽ: masculi in masculos turpitudinẽ operãtes. Et ad quãta mala tales postea deueniãt subdit aplus dicens. Tradidit eos dñs in reprobũ sensum. i. tradi pmisit vt faciant ea q nõ conueniũt: repletos oi iniquitate. malicia. fornicatione. auaricia. nequicia ꝛc. Et ad hoc etiã pertinet vxore vel alia femina abutendo extra vas debitũ. Unde Aug. xxxii. q. vii. adulterij. enumeratis quibusdã speciebus luxurie. subdit. Hoꝝ omniũ pessimũ est qd est ꝯtra naturam: vt si vir mẽbro mulieris nõ ad hoc ꝯcesso vti voluerit: ⁊ iste vsus ꝯtra naturã execrabilis fit in meretrice: sed execrabilior in vxore. Hec ille. Et dicitur tale vitium pessimũ: quia destructiuũ humani generis. Unde dicitur de sodomitis q erant pessimi coram dño: quos deus igne ⁊ sulphure consumpsit: ⁊ ciuitates subuertit: vt pȝ Gen. xix. Et sm leges tales debent decapitari: ⁊ mediatores huiꝰ. vt. C. de penis. l. qui abducto.

De pctõ ꝯ naturã

Quarto fit quis macularꝰ cum animalibus brutis cõmiscendo. Exod. xxii. Qui coierit cum iumento morte moriatur. Et Leuiti. xx. Qui coierit cum iumento aut pecore morte moriatur: pecus quoq occidite. Ubi Aug. Pecora inde credendũ est iussa interfici: quia tali flagitio contaminata indignam refricant facti memoriam. xv. q. i. mulier. Contra istud pceptum etiam facit qui cum vxore vel alia extra vas debitum fundit semẽ: ne scȝ generet ⁊ inde scandalum oriatur: vel ne grauet in alendo filios pauper existens: In quod vitium incidẽtes Her ⁊ Onan filij Jude: mala morte subito pierunt. Gen. xxxviii. Sed etiam cum vxorem suam quis debito modo cognoscit causa delectationis vltra limites matrimonij: idest tanta ꝯcupiscentia ductus vt etiã si nõ esset vxor: eaȝ vel aliam mulierem cognosceret vt satisfaceret voluptati sue sm Thomã in. iiii. peccat mortalr. Et de tali dȝ intelligi illud sexti pbi: qd inducit Hiero. xxxii. q. iiii. origo. dicẽs. Ois in vxorem suã amator ardentior: adulter est. De modis aũt indebitis in vsu matrimonij seruato tñ debito vase de se nõ est mortale sm Albertũ. sed põt esse mortale ex inordinatiõe animi. De oibus his speciebus luxurie ⁊ de nocumentis eoꝝ habes diffuse in. ij parte ti. v. p totum.

§. XI. Septimũ preceptuȝ

Hoc pcepto cauetur ne fiat iniuria primo in suba.

decalogi est. Non furtũ facies. Exo. xx. Sup quo Aug. Furti nomie bene intelligitur ois illicita vsurpatio rei aliene: nõ eñ rapinã pmisit qui furtũ phibuit: sed vtrũq furti nomine in lege vete. testa. ⁊ rapinã intelligi voluit. A parte eñ totũ significauit qcqd illicite rerũ pximi aufert. xiiii. q. v. penale. Nec ppterea excusaret q a furto q auferret a pximo vt indigentibus subueniret sibi vel alijs: nisi in extrema necessitate essent: ⁊ nõ inuenirent subuenientem. Unde Aug. Forte aliquis cogitat ⁊ dicit. multi sunt xpiani diuites: auari: cupidi: nõ habebo pctm̃ si suũ illis abstulero ⁊ pauperibꝰ dedero: vnde illi nil boni agũt: mercedẽ hre potero: sed hmõi cogitatio a diaboli calliditate suggeritur. nã si totũ tribuat pauperibꝰ qd abstulerat addit potius pctm̃ q̃ minuat. xiiii. q. v. Forte. ⁊ p totã illã q̃one. Nec etiã sumendũ est exemplũ furãdi ab israelitis: q accipientes sub mutuo ab egyptijs vasa aurea ⁊ argẽtea spoliauerũt eos. q: vt dicit Aug. israelite furtũ nõ fecerunt sed deo iubente h mysteriũ pbuerũt. xiiii. q. v. dixit. Non g furtũ facies. Fit aũt q̃tuor modis ꝯtra istud pceptum. Exo. iii. xi. ⁊. xii.

Quattuor modis fit cõtra istud preceptum.

¶ Per iniustam rerum acquisitionem.
¶ Per prauam ad hoc operationem.
¶ Per iniquam retentionem.
¶ Per indebitam distributionem.

Iniuste multis modis acq̃runtur tpalia.

Quantũ ad primũ multis modis q̃s acquirit bona tpalia iniuste. Primo occulte aliena accipiẽdo. sed vt ꝯ: Eccl. v. Sup fure est opprobriũ ⁊ ꝯfusio. Scdo p rapinã manifeste ⁊ p vim capiendo. ⁊ hi nõ sunt solũ latrones in stratis: sed ⁊ etiã pncipes ⁊ cõitates vsurpãtes iniuste ciuitates ⁊ castra sine iusto titulo: vel etiã facẽtes extorsiones indebitas a subditis in gabellis pedagijs ⁊ collectis. Ezech. xxii. Principes eius in medio illiꝰ q̃si lupi rapientes pdam. vel etiã cũ faciũt leges iniquas ad lucrandum. Esa. x. Ue qui condũt leges iniquas. ⁊ scribentes iniusticias scripserunt vt opprimerẽt in iudicio paupes: ⁊ vim facerẽt cause humiliũ ppli mei: vt eẽnt vidue pda eoꝝ. ⁊ pupillos diriperent. Tertio p fraudulẽtiã multiplicẽ. In quãtitate dãdo diminuta põdera ⁊ mẽsuras rerũ. In qualitate praua p bonis vẽdẽdo iniusto pcio. In suba vẽdẽdo vinũ lymphatũ p puro: vnũ metallũ p alio: carnes pecudinas p castrato aromata vniꝰ spẽi p altera. Amos. viii. Audite q ꝯteritis pauperẽ ⁊ deficere facitis egenos terre: dicẽtes. qñ trãsibit messis ⁊ venũdabimꝰ merces: ⁊ sabbatũ ⁊ apiemꝰ frumentũ: vt iminuamꝰ mẽsurã: ⁊ augeamꝰ siclũ: ⁊ supponamꝰ stateras dolosas: vt possideamꝰ in argẽto egenos ⁊ paupes p calciamẽtis: ⁊ q̃sq̃lias frumẽti vẽdamꝰ. Quarto fit cõtra h pceptũ p vsurã. i. p mutuo pecunie vel rerũ q vsu cõsumũtur vt victualiũ: accipiẽdo aliq̃d vltra capitale. hec ꝯ: vsura. vt pȝ. xiiii. q. iii. vsura. Un ps. Qui pecuniã suã nõ de. ad vsu. hic req. in mõ. scõ dei. s. glie supne. Qui aũt eã facit nõ illic habitabit: sȝ in inferno. ps. xiiii. Quĩto fit ꝯ h pceptũ p sacrilegiũ. i. iniustã acceptionẽ rerũ ecclie. Hiero. Amico quippiã rape furtũ est: ecclãm fraudare sacrilegiũ. xii. q. ii. glia. Sexto p iniusticiã iudicũ seu officialiũ dãtuȝ iniq̃s sniãs: vel ex timore vel ex amore vel ex cupiditate vl' odio vel ex notabili ignorãtia. Esa. v. Justificatis ipiũ p muneribus: ⁊ iusticiã iusti auferetis ab eo. Isid. Cito violat auro iusticia. xi. q. iii. paup. Septimo p variã dãnificationẽ: vt in incẽdijs: deuastationibꝰ agroꝝ ⁊ castroꝝ in bellis iniustis in mutilatiõibꝰ: occisionibꝰ. falsis accusatiõibꝰ. testificationibꝰ ⁊ instrũs. Et hi oẽs nõ solũ peccãt mortalr agẽtes ꝯ h pceptũ: sed etiã tenent ad restõnẽ pdictoꝝ. Unde Aug. ad Maced. Qui ꝯ ius humane societatis: furtis: rapinis: calũnijs: oppssionibꝰ: inuasionibꝰ aliq̃ abstulerit: reddenda potiꝰ q̃ donãda censemus zachei publicani exẽplo. xiiii. q. v. nõ sane. in fi. Qui zacheus dixit xpo intrãti domũ suaȝ. Si q̃d aliquẽ defraudaui reddo quadruplũ. Lu. xix. Sed acq̃sita etiã p simoniã ludũ vel aliud turpe lucrũ q̃si furtũ cẽset: nõ q̃dẽ restituẽdũ dãti: sȝ paupibꝰ erogãdũ. Aliqñ de necessitate: vt in simonia vel ludo. Aliqñ ex honestate: vt in meretricio ⁊ hmõi. ar. xiiii. q. v. q habetis. ⁊. c. nõ sane. Qui aũt p simoniã vel intrusionẽ ⁊ non canonica instõne recipit vl' tenet bñficiũ ecclasticũ furat oẽs fructꝰ q̃s percipit. Jo. x. Qui nõ intrat p ostiũ sȝ ascẽdit aliũde: ille fur est ⁊ latro. Scdo fit ꝯ istud pceptuȝ p prauã cooperatio

nē ad talia acq̄sita illicite: etiā si nihil ipse inde ꝑcipiat vt ꝯsulēdo: ꝑsuadēdo: īperādo ⁊ hmōi. ad Ro. i. Digni sunt morte. nō solū q̄ faciūt: sed etiā q̄ ꝯsentiūt faciētib⁹. ⁊ nō solū peccāt mortalr̄: sed etiā tenent̄ ad restitutionē dānoꝝ et ablatoꝝ q̄n talis cooꝑatio fuit ꝙ sine ea nō fuisset facta ra-
Faciēs ⁊ ꝯsentiēs pari pena cōstringuntur. pina vel furtū: vsura vel dānū. ii. q. i. notū. in fine. Facientez ⁊ ꝯsentientē par pena ꝯstringit. qđ intelligit̄ de ꝯsensu cooperatiōis sine qua nō fieret malū. in glo. Et ad h̄ facit qđ dicit̄ ex̄ de iniu. ⁊ dā. da. c. vlti. Qui occasionē dāni dat: dānū quoq; dedisse videt̄. Et in ꝓuerb. vulgari d̄r. Tanto fa qui tiene el sacho: quāto q̄ inbola. Si aūt nō ita cooperati sunt q̄n etiam sine eis fieret dānū: peccāt quidē grauiter sed nō tenent̄ ad restitutionē: nisi quātū ꝑuenisset ad eos de furto vel rapina ⁊ hmōi. vel inquātum ex suo ꝯsilio vel alia cooperatiōe plus dāni fuisset factū. fm Tho. iu. iiij. et Alb. Unde Esa. i. Principes tui infideles socij furum. oēs diligūt munera: sequūtur retributiōes. ⁊ ꝑ hmōi cooperātur rapinis alioꝝ. De restitutiōe ⁊ modo eius habes diffuse in. ij. parte. ti. ij. per totū. Tertio fit furtū ꝑ retentionez rei aliene ꝯtra volūtatem dn̄i sui. apl̄s ad Ro. xiij. Reddite oībus debita. Et. i. Nemini quicq̄ debeatis. Qui enim detinet rem alterius ꝯtra volūtatem eius vtiq; facit ei iniuriā: q: impedit eū ab vsu eius: nisi hoc faceret ad bonam ad obuiandū malo: puta cū nō reddit gladiū suū furioso postulāti eū ab eo penes quē deposuit: ⁊ hoc ne se vl̄ aliū ledat: h̄ eñ licitū est. Facere aūt iniuriā ꝓximo: hoc est peccatū: q: ꝯtra iusticiā: nō aūt licet nec in modico in pctō morari: sed subito d3 egredi. supra illud Eccli. xxi. Quasi a facie colubri fuge pctm̄. Qui aūt detinet alienū ꝯtra voluntatem dn̄i morat̄ in pctō: ⁊ sic semꝑ auget pctm̄. Et quotiens menti occurrit se detinere alienū: ⁊ ꝓponit retinere ⁊ nō reddere: totiens de nouo peccat mortalr̄ ⁊ penitere nō pōt nec absolui. Unde Aug. Si res aliena ꝓpter quā peccatū est reddi possit ⁊ nō reddit̄: penitētia nō agit̄ s3 simulatur. Si aūt veraciter agit̄: nō remittit̄ pctm̄ nisi restituatur ablatū: si restitui pōt. xiiij. q. vi. si res. ⁊ de reg. iur. li. vi. pctm̄ nō dimittit̄. Quis g̃ quis nō acceperit ipse ꝑ furtuz vel fraudulentiā vel vsurā sacrilegium ⁊ hmōi: sed pr̄ vel aliū ꝯsanguinei vel amici: si tñ ad eū ꝑuenit hereditas: tenet̄ illa restituere inquātū sufficiāt hereditas. Idē de legatis q̄n nō sufficeret hereditas. ex̄ de vsur. michael. Quarto fit ꝯtra hoc p̄ceptū ꝑ indebitā distributionē. Apl̄s. i. ad ad Cor. iiij. Hic iā q̄rit̄ inter dispēsatores vt fidelis q̄s inueniat̄. Ecclesiarū p̄lati sunt dispēsatores rerū eccl̄ie poti⁹ q̄ dn̄i. Unde Aug. Nō illa nostra sunt quoꝝ ꝓcurationem quodāmodo gerim⁹: vt ꝓprietatē nobis dānabili vsurpatione vendicem⁹. xij. q. i. c. vlti. vbi dicit glo. ꝙ p̄lati si bene administrant loco dn̄oꝝ sunt: si male loco predonū. ff. pro emp. l. qui fundū. §. si tutor. Ecclesia eñ tenet locū pupilli ⁊ p̄latus locum tutoris. Sicut ergo tutor si male administrat: dilapidādo bona pupilli vt fur habet̄: ita ⁊ p̄lat⁹ duz permittit destruere bona eccl̄ie vel vsurpare: vel indebite alienat ⁊ tenetur satisfacere. Si etiā expēdit i malos vsus dando sine necessitate ꝯsanguineis: vel cōuiuijs: ludis canibus ⁊ turpibus ꝑsonis exponit. qđ d3 dare pauperibus q̄n furat̄: nec dubiū ꝙ mortalr̄ peccat. vtrū aūt teneat̄ ad restitutionē: vide. l. in. ij. par. ti. ij. Qui etiā habēt aliq̄ pauperibus vel ecclesijs distribuere: vt hospitalarij ⁊ societates laicoꝝ si nō fideliter faciūt: si non indigentib⁹ tribuūt:
Nota de religiosis. furtū cōmittunt. Religiosi qui ꝓpriū tenēt vel extra conuentū sine licētia et rōnabili cā bona distribuunt: furtū cōmittūt. Seculares de bonis ꝓprijs non dantes elemosynas indigētib⁹ quos sciūt cū decēter possunt: furtū faciūt: s3 nō teneant̄ ad restitutionē. Uñ Ambro. Esurientiū panis est quē tu detines: nudoꝝ vestimentū qđ recludis: et miseroꝝ redēptio est ⁊ absolutio pecunia quā in terra defodis. Tātoꝝ g̃ te scias inuadere bona quātis possis p̄stare qđ velis. dis. xlvij. sicut hi. Cōtra oēs fures d̄r Esa. xxxiij. Ue q̄ predaris: nōne ⁊ ipse p̄daberis: cū consummaueris depredationē ⁊ ipse p̄daberis vel subam vt aiam. Et vt dicit Tho. in trac. de decē p̄ceptis. Nullū pctm̄ est q̄d periculosius isto. Nā de alijs pctīs hō dolēdo ⁊ ꝯfitendo saluat̄: s3 de isto opꝫ ꝙ etiā satisfiat de alieno ablato si pōt: al's nil valet pnīa. Sed nimis difficile videtur hoībus exbursare pecuniā ⁊ restituere: ⁊ facilius inducunt̄ ad dandū elemosynas vel faciendū ecclesias ⁊ hospitalia q̄ ad restituēdū qđ nō sufficit. ⁊ iō bene d̄r Abachuc. ij. Ue his q̄ cōgregāt non sua: vsq; quo aggrauant ꝯtra se densum lutū. De denso luto difficile exitur. Achaz q: furatus est: ⁊ tulit de bonis hiericho ꝯtra ordinationē dei lapidatus est a toto populo. Josue vij. De singulis modis furti que sunt species auaricie habes diffuse in. ij. parte. ti. i. c. xv.

§. XII. Octauū preceptum

Hoc p̄ceptuz sic̄ nō respicit iusticiā ne ꝓxim⁹ iniurietur in fama. est. Nō loq̄ris ꝯ ꝓximū tuū falsuz testimoniū. Exo. xx. Inter oīa aialia soli hoi datū est loq̄: vt ꝯceptū sue mētis possit alteri manifestare. ꝓpter qđ dicit ph̄s i. i. Perihermen. ꝙ ea q̄ sunt in voce sunt earū q̄ sunt in aia passionū note. Qđ g̃ aliq̄s sciēter falsum dicat: abutit̄ lingua: nec est sine pctō etiā si faciat ad bonū ꝯsequēdū vel malū vitandū: q: nō sunt mala facienda vt eueniant bona. ait apl̄s ad Ro. iij. ⁊ Aug. Ad salutē sempiternā nullus ducēdus est opitulante mēdacio. xxij. q. ij. p̄mū. Est aūt vitandū mendacium ꝓpter tria fm Tho. in dicto tractatu. x. preceptoꝝ. Propt tria est vitādū mēdacium.

Propter diaboli assimilationem.

Propter societatis dissolutionem.

Propter fame amissionem.

Primo ꝓpter diaboli assimilationē. Efficit̄ eñ mendax filius diabolo: q: ip̄e vt d̄r Jo. viij. mēdax est ⁊ pr̄ eius. Ip̄e īuenit p̄mū mēdaciū cū dixit p̄mis parētib⁹. Nequaq̄ moriemini ⁊c. Geñ. iij. Amb. Oēs qui dicūt mēdaciū filij sunt diaboli. xxij. q. v. cauete. Fili⁹ aūt filius est pr̄i. Scđo mēdaciū vitari d3 ꝓpter societatis dissolutionē. Hō eñ naturaliter est aial sociale seu politicū cū alijs viuēs: s3 male possent hoies inuicē cōuiuere si hoies haberent semꝑ dubitare de v̄bis alioꝝ. Uñ apl̄s ad Eph. iiij. Deponētes mēdaciū loq̄mini veritatē vnusq̄sq; cū ꝓximo suo: q̄m sum⁹ inuicē mēbra. Tertio ꝓpter fame amissionē. Hō eñ qui assuescit mēdacijs nō credit̄ ei cū veritatē dicit: ⁊ p̄cipue in viris spūalibus: dn̄is multū reddit infames mendacium. Eccli. xxxiiij. Ab immūdo q̄s mūdabit̄: ⁊ a mēdace quid verū dicet̄. q. d. nullū. Et hoc pctm̄ est ꝯtra vel p̄ter istud p̄ceptum fm magr̄m in. ij. sen. li. di. penulti. Non loq̄ris ꝯ ꝓximū ⁊c. Unde p̄s. xxvi. Insurrexerunt in me testes iniqui: ⁊ mentita est iniq̄tas sibi. Proprie ⁊ p̄ncipalr̄ loquit̄ de xp̄o cōtra quē dixerūt duo falsum testimoniū. Quadruplr̄ g̃ fit ꝯtra hoc p̄ceptum. fm Tho. vbi. s̄. Cōtra h̄ p̄ceptuz fit q̄druplicater.

Per falsam in iudicio probationem.

Per variam de alio detractionem.

Per mendacem in sermone locutionem.

Per noxiam de prelato murmurationem.

Quātū ad p̄mū cū aliq̄s in iudicio aliquē accusat falso vel testificat̄. expsse agit ꝯ istud p̄ceptū: ⁊ tenet̄ ei de oī dāno. Et si deficeret in ꝓbatiōe sustineret penā talionis. ij. q. iij. ꝑ totū. Sic illi duo p̄sbyteri accusantes ⁊ testificātes ꝯ susannā de adulterio: q: conuicti sunt a daniele falsum dixisse testimoniū: lapidati sunt a ppl̄o. Dañ. xiij. Illi autem duo testes q̄ testificati sunt ꝯ xp̄m falsum cū nō cōueniētia essent testimonia eoꝝ. Non tñ puniti sunt vt merebantur: nec ꝓbare potuerūt suā falsitatem. s. xp̄m dixisse. Possum destruere templū hoc ⁊c. Mat. xxvi. ⁊ Marc. xiiij. Et sic insurrexerunt testes iniqui. Scđo loquit̄ q̄s falsum testimoniū contra ꝓximū cū ei detrahit: dicēdo aliqđ criminale de alio in absentia eius quod nō est verum. vel si est verum cū illud sit occultū alijs manifestat ad denigrandam famā eius: quod vtiq; est mortale fm Tho. ij. ij. Uñ Eccl'e x. Quasi si serpens mordeat in silentio nihil eo minus habet qui occulte detrahit. Serpens comedit terrā. idest de-

tractor pascit defectib⁹ alioꝝ narrādis. Serpēs videt̄ incedere p̄ vnā viā: et subito impceptibilr̄ voluit se ad aliā. Sic detractor: incipit bona dicere de aliquo: postea vtit̄ aduersatiua cōiunctiōe: sed cū summe iniquitas est fratrib⁹ detrahere. vt d̄r. vi. q. i. c. deteriores. Et deteriores sunt q̄ vitam moresq̄ bonoꝝ corrūpunt: his q̄ substātias alioꝝ p̄diaq̄ diripiunt. Caueat itaq̄ vnusquisq̄ ne aut linguā aut aures habeat prurientes ne. s. aut alijs detrahat: aut detrahētes audiat. Sedēs inq̄t p̄pha aduersus fratrē tuū loq̄baris scꝫ detrahēdo. et aduersus filiū mr̄is tue ponebas scandalū etc. Parcat singuli detractioni lingue custodiātq̄ sermones suos. et sciāt q̄ cūcta q̄ de alijs loquunt̄ sua sniā iudicabunt̄. Nemo inuito auditori libēter loquit̄. Hec Grego. papa. vi. q. i. ex merito. Vn̄ et Prouer. xxv. d̄r. Uent⁹ aq̄lo dissipat pluuias: et facies tristis linguā detrahentē. Et tenet̄ talis restituere famā ablatā put pōt: nō tn̄ dꝫ illi notificare vt simplices dicūt: nec ab eo petere veniā de q̄ malū dixit: nisi cert⁹ q̄ sciret. nā h̄ esset scādalū in illo gn̄are: et ꝯ se periculo incitare. Si aūt malū de aliq̄ qs dicit falsum vel verū in sui p̄sentia: h̄ ptinet ad ꝯtumeliā. et tūc tenetur petere veniā ab eo: et corā illis dicere se falsum dixisse si falsum dixit. nō ḡ detrahēdo falsum testimoniū loq̄ris. Tertio p̄ mēdacē locutionē. Osee. iiij. Nō est veritas: et non est mia: et nō est sciā dei in terra. Maledictū et mendacium et homicidiū et furtū et adulteriū inūdauerūt. Unde Hiere.

Nota de mēdacio — ix. Docuerūt linguā suā loq̄ mendaciū. Sed os qd̄ mentit̄ (d̄r Sap. i.) occidit aiam. Non occidit aūt aiam: scꝫ puando grā nisi pcm̄ mortale: ḡ videt̄ mortale: qd̄ verū est sed nō semp̄. Mentiri in his q̄ sunt fidei et moꝝ q̄ sunt necessarij ad fidē mortale est. et ꝯ hoc p̄ceptuꝫ qd̄ precipue ptinet ad p̄latos: magr̄os et p̄dicatores. de q̄bus. ij. Pet. ij. Erūt in vobis magr̄i mēdaces: q̄ introducent sectas pditionis. Et aliq̄ talia dicūt vt videant̄ scire. Esa. lvij. Sup̄ quē lusistis: sup̄ quē dilatastis os: et eiecistis linguā. nunquid non vos filij scelesti semen mendax. Simil̄r mētiri in notabile dānū p̄ximi spūale vel corporale: mortale est. vel etiā cum quis vtit̄ mēdacio in ꝯfessione de mortalib⁹ p̄cipue: vel in iudicio interrogatus iuridice. Et de his intelligit̄ auctas p̄dicta. Os qd̄ mentitur etc. In alijs casibus loq̄ mendaciū nō est ꝯtra: sꝫ p̄ter istud p̄ceptuꝫ: vnde et veniale a quo etiā abstinēdū. ad Col. iij. Nolite mentiri inuicē. Et aliq̄n quis mentit̄ p̄ salute alioꝝ. Sed d̄r Job. xiij. Deus nō indiget nostro mēdacio. Aliq̄n ex falsa humilitate: dicēs aliqd̄ malū de se qd̄ nō est: vel negans bonū qd̄ inesse scit. de q̄bus Greg. Incauti sunt humiles q̄ mēdacio se illaqueāt. xxij. q. ij. incauti. Aliq̄n ex verecūdie leuitate: vt cū quis credit verū dicere et dicit falsum: postea aduertens verecūdatur illud retractare. Aliq̄n istud posset esse mortale. Eccl̄i. iiij. Non contradicas verbo veritatis vllo modo. Aliquādo ex vtilitate: vt scꝫ aliq̄d ꝯsequat̄ vel maluꝫ euitet. Esa. xxviij. Posuim⁹ mendaciū spem nostrā: et mendacio protecti sumus. Aliq̄n p̄pter cōmodū alterius. Eccl̄i. iiij. Ne accipias faciē ꝯtra faciē tuā: nec aduersus aiam tuā mendaciū. Aliq̄n p̄pter ludū qd̄ et pcm̄ est s̄m Aug. Ab omni ergo mendacio cauendū est. s̄m illud Isid. Omne gen⁹ mendacij summope fuge: nec casu nec studio loquaris falsum xxij. q. ij. omne genus. Quarto p̄ murmurationē. Frequēter subditi murmurant de p̄latis cōquerētes de eis q̄ male tractant et gubernant eos. Sed vt dicitur Sap. i. Custodite vos a murmuratione q̄ nihil p̄dest: imo multū nocet quia conturbat totum collegium: et inducit alios ad similia. i. Cor. x. Nec murmuraueritis sicut quidam eorū murmurauerūt: et perierunt ab exterminatore. dist. xc. alienus. Alienus fit a fratruꝫ vnitate q̄ murmurauerit etc. Maria

Nūe. xij. — soror aaron: q: murmurauit contra Moysen: percussa est lepra. De his vitijs. s. detractione: cōtumelia: mendacio: et murmuratione: diffuse habes. s. in. ij. parte.

§. XIII. Nonū preceptum

est. Non cōcupisces rē p̄ximi tui etc. Exod. xx. Post p̄cepta quib⁹ p̄hibent̄ exp̄sse pcā oris et opis ponūtur ea q̄ p̄hibēt pcā cordis ꝯcupiscentiam seu desideriū. Ista enim est differētia: vt dictū est. s. ti. xiiij. c. i. inter legē diuinā et humanā: q: humana solū iudicat de pctis oris et opis: nō autem pctis cordis. Lex aūt diuina iudicat de occultis cordis peccatis: et ostēdit ea eē puniēda. Chrys. Deus nō ex operib⁹ tm̄ iudicat: sꝫ ex cogitationib⁹ et ex corde. xxij. q. v. qui periurare. Et rō vt d̄r. i. Reg. xvi. Quia hoies vident q̄ foris apparēt: deus aūt intuet̄ cor. Cū etiā d̄r q̄ lex vetus cohibet manū nō aiam vt noua. nō sic intelligendū est q̄si lex vet⁹ nō p̄hibeat pcā cordis: q: hui⁹ ꝯtriū apparet in isto p̄cepto. sed ideo d̄r cohibere manū nō aiam: q: non puniebat pena tpali seu corporali pcā cordis et malas ꝯcupiscētias sicut pcā operis p̄hibita p̄ p̄cedentia p̄cepta. et vt dicit Aug. Bona est lex. s. ista q̄ dum ꝯcupiscentiā p̄hibet omne malū p̄hibet. ex̄ de ꝯsti. nā ꝯcupiscentia. Cōcupiscētia eñi mali est radix ois mali et p̄ncipium. Nisi eñi quis ꝯcupisceret malum nō faceret. Unde Mat. xv. De corde exeūt cogitationes: homicidia: adulteria etc. Et hec sunt que coinquinant hoiem. et quātū ad ꝯcupiscentiā reruꝫ. de qua hic d̄r. Non ꝯcupisces rem etc. Dicit ps. lx. Ropinos nolite cōcupiscere: diuitie si affluāt nolite cor apponere. Propter quattuor aūt rōnes dꝫ q̄s abstinere ab ipsa cōcupiscentia s̄m Tho. in tractatu de decem preceptis.

Hoc p̄cs pro p̄hibet̄ desideriū rei aliene.

Differūt lex diuina et lex humana.

Propt̄ quattuor rōnes dꝫ q̄s abstinere a concupiscentia.

¶ Propter concupiscentie infinitatem.
¶ Propter inquietudinis anxietatem.
¶ Propter iusticie contrarietatem.
¶ Propter substantie inutilitatem.

Quātū ad p̄mū sciēdū q̄ cupiditas seu ꝯcupiscētia hꝫ quādā infinitatē. Quilibet aūt sapiēs dꝫ intēdere finē aliquē in suo facto. Nullus eñi dꝫ ire p̄ viā infinitā. Cōcupiscētia aūt rerū est infinita. Vn̄ d̄r Eccl̄s. v. Auarus nō implebit̄ pecunia. et Ambro. Nec satietas vnq̄ nec finis aderit cupiditati. di. xlvij. sicut hi. et Esa. v. d̄r. Ve q̄ cōiungitis domū ad domū: et agrū agro copulatis etc. q. d. Nunq̄ poteritis finē ponere vestre cōcupiscentie rerū. Ratio hui⁹ est: q: cor humanū est factū ad recipiendū deū p̄ grām: et postea per glām. Et ideo quicq̄d habeat min⁹ deo non potest finire desideriū eius: ipse eñi maior est oi re. p̄s. cij. Qui. s. deus replet in bonis desideriū tuū. Scdo dꝫ caueri cōcupiscentia p̄pter inquietudinem quā habet in se. Quilibet naturaliter appetit quietem: q: hoc est valde delectabile cuilibet: sed cupiditas facit hoies semp̄ inq̄etos punctionibus solicitudinū. Unde cōparant̄ cupidi terre spinose q̄ seminata verbo dei suffocat̄ a spinis crescentib⁹ solicitudinū rerum: vt d̄r Luce. viij. Semp̄ eñi cupidi sunt soliciti nō habita acquirere: acq̄sita custodire et augere ipsa non amittere. Eccl̄s. v. Saturitas diuitis nō sinit eū dormire. Mat. vi. Ubi est thesaurus tu⁹: ibi est et cor tuuꝫ. Ambro. Mens auari semel vinculis cupiditatis astricta: semp̄ aurū videt: semp̄ argentū cogitat: semp̄ reddit⁹ cōputat: gratius aurū q̄ solē intuet̄: ipsa ei⁹ orō et supplicatio ad deuꝫ aurū querit. dist. xlvij. sicut hi. Tertio p̄pter iusticie ꝯtrarietatem. Remota iusticia. ait Aug. li. iiij. de ciui. dei. c. iiij. q̄d sunt regna nisi magna latrocinia. et sic tollit̄ recta cōuersatio humana. Est aūt cupiditas ꝯtria iusticie: q: vt acq̄rat sibi cupidus facit oēm iniusticiā in negociationib⁹: in iudicijs et alijs. Vn̄ d̄r Eccl̄i. xxxi. Qui diligit aurū nō iustificabit̄. i. nō faciet iusticiā. et de iudicibus d̄r Exo. xxiij. Non accipies munera q̄ excecāt prudētes et subuertūt verba iustorū. Legit̄ de quodā iudice cupido q̄ cū haberet quēdaꝫ cām p̄e manibus. vna ps obtulit ei p̄ munere vnū vitulū vt p̄ se sniam daret: altera vaccā. Cum aūt deberet sniam p̄ferre: dixit q̄ vituluꝫ dederat. Loquat̄ vitulus p̄ me. At ille iudex r̄ndit. Uacca nō permittit. voluit dicere q̄ quia maius mun⁹ acceperat ab alio: iō p̄ eo debebat dare sniam. — Exēplū

Quarto p̄pter rube seu diuitiarū inutilitatē. nec eñi hoi p̄sunt corporis: q: tales sustinent multa incōmoda et penas

rias ad ɔseruādū ꝛ augēdū. Eccs.v. Diuitie cōgregate in malū dñi sui. Nec aīe ꝓsunt: qꝛ cupiditas nō ꝑmittit sibi facere elemosynas ꝛ inde sibi q̄rere thesauꝝ ꝛ māsionē in celo. ſm illud Lu.xvi. Facite vob amicos de māmona iniq̄tatꝫ: vt cū defecerit; recipiāt vos i eterna tabernacula. Et deīnū ducit eū ad interitū. i. ad Tim.vi. Qui volunt diuites fieri incidūt in tētationē ꝛ laqueū diaboli ꝛ desideria multa inutilia ꝛ nociua: q̄ mergūt hoiem in interitū ꝛ ꝑditionē. Et Grego. Bonoꝝ autē ōi inherere nō possum⁹ nisi cupiditatē: q̄ radix est oīm maloꝝ: radicitus euellam⁹. dist. xlvij. bonoꝝ. Tripl'r autē tal' ɔcupiscētia rerū pōt eē mortale pcc̄m. Pꝛio cū ɔcupiscit res ṫpalis vt habeat q̄ancunq̄ mō ꜱ pōt de facto: vt ꝑ furtū. rapinā. vsurā. fraudē ꝛ hmōi. Et de h̄ intelligit illud apl̄i Eph.v. Ois imūdus aut auarus nō hꝫ hereditatē in regno xp̄i ꝛ dei. Auar⁹ q̄ſi auidus eris. Scd̄o cū ɔcupiscit suba terrena: etſi ꝑ licitā acq̄sitionē: tñ ad malū finē. vt. ſ. inde possit ludere fornicari: ꝛ alia mala facere: acq̄rere inde amicos ad ꝑcurādū regnū ꝛ tyrānizādū ꝛ hmōi. Et de h̄ Eccl̄i.x. Auaro nihil ē scelestius. hic em̄ aiam suā venalē hꝫ. Tertio cū nimis diligit etiā iuste acq̄sita: adeo q̄ ne amittat ea: par⁹ ē facere ɔ̄ dei mādata: vt peierare ꝛ hmōi. Vl' etiā nō eparat⁹ subuenire i extrema necessitate idigētib⁹ ne ea diminuat. Talis ponit finē suū vltimū in terrenis q̄ ita inoꝛdinate ɔcupiscit. Et isto mō ipossibile est diuitē itrare i regnū celoꝝ. ait xp̄s Mat. xix. Mar.x. ꝛ Lu.xviij. ſ. ponētē finē suū in diuitijs. Als autem inoꝛdinate ɔcupiscere seu amare diuitias: citra. ſ. dilectionē dei vl' ꝓximi: talis ɔcupiscētia est veniale. Sed vt dī Hiere.vi. A minoꝛe vsq̄ ad maioꝛē. oēs auaricie studēt.

Tripl'r concupiscētia fit moꝛtal'.

§.XIIII. Decimū et vltimū

pꝛeceptū decalogi est. Nō desiderabis vxorem ꝓximi tui. Exo.xx. Ut dicit Ioh. in. ſ. canonica. c.iij. Oē qd̄ est in mundo. i. i mūdanis pctō:ib⁹: aut ē ɔcupiscētia carnis: aut ɔcupiscētia oculoꝝ: aut supbia vite: qd̄ ꝑtinet ad ɔcupiscētiā bonoꝝ. ſm bea. Tho. in tractatu de.x. p̄ceptis. Duo ex his intelligunt ꝓhibita ꝑ p̄cedēs p̄ceptū. Nā cū dī. Nō ɔcupisces rē ꝓximi tui: intelligit ꝓhibita ɔcupiscētia oculoꝝ. cū dī. Non domū: intelligit ꝓhibita supbia vite: seu ɔcupiscētia bonoꝝ. In domo em̄ in qua est altitudo ꝛ latitudo: intelligit supbia ꝛ diuitie: ꝛ ɔsequēter dignitates ꝛ honores. Tertiū autē. i. ɔcupiscentia carnis hic ꝓhibet cum dī. Non desiderabis vxoꝛē eius: sub quo etiā cōpꝛehendit oē desideriū carnale illicitum. sicut. ſ. sub noie mechie includitur oē pcc̄m operis carnalis. Sed qꝛ hoc apparet magꝭ de se iniustum. ſ. de vxoꝛe ꝓximi: ideo expꝛesse h̄ ꝓhibetur dum dī. Non desiderabis vxorem ꝓximi. In alijs p̄ceptis sub pctō operis itelligit ꝓhiberi pcc̄m mali desiderij ipſi⁹ operis: sed de mechia ꝛ furto dantur specialia ꝛ distincta p̄cepta operis ꝛ cogitationis: qꝛ ɔcupiscentia magis trahit ad ista. ꝑs. cv. Concupierunt ɔcupiscentiā in deserto. ſ. diuersarū rerū ꝛ gule ꝛ luxurie: vt in moabitis. Est autem quadruplex gradus huius ɔcupiscentie.

Hoc vltimo p̄cepto ꝓhibetur desideriū vxoris ꝓximi.

Gradus quadruplex ɔcupiscētie.

- ¶ In carnali suggestione.
- ¶ In sensuali delectatione.
- ¶ In rationali deliberatione.
- ¶ In audaci defensione.

Notat ista Grego. in.iiij. moral'. dicēs. Quattuoꝛ modis pcc̄m ꝑpetrat. in coꝛde. ſ. ɔcupiscēdo: qd̄ itelligit de q̄libet pctō: ſꝫ magis discernit in ɔcupiscentia luxurie: suggestione. ſ. delectatiōe ɔsensu ꝛ defensionis audacia. Fit aūt suggestio ꝑ aduersariū: delectatio ꝑ carnem. ɔsensus ꝑ spm̄. ſ. defensionis: audacia ꝑ elatione. Dat exemplum de lapsu p̄moꝝ parentū dicēs. Illā p̄mi hoīs rectitudinē antiquus hostis his q̄ttuoꝛ ictibus fregit. Nā spēs suasit. Eua delectata est q̄ſi caro. Adam ɔsensit vt rō. q̄ etiā req̄sit⁹ ɔfiteri culpā ꝑ audaciā voluit defendere. di. Mulier quā dedisti mihi sociam: dedit mihi de ligno ꝛ comedi. hoc in humano gn̄e quotidie agit qd̄ actū in p̄mo parente nostri gn̄is nō ignoꝛatur. Serpēs suasit: qꝛ occultus hostis mala coꝛdibus hoim latenter suggerit. Sed vt dī Eccl̄i.xviij. Post ɔcupiscentias tuas nō eas. qꝛ vt ait Amb. exponens illud ꝑs. cxxxvi. Btūs qui tenebit ꝛ allidet paruulos suos. ſ. lubricas cogitatiōes ꝛ p̄mos motus ɔcupiscētie ne vltra ꝓcedant ad petrā resistētie. Raro tñ est q̄n ibi sit pcc̄m: ꝛ paucē q̄n q̄s est occasio huius cogitationis ꝑ distractionem sensus. Scd̄s gradus ē ꝑ sensualē delectationē. ad Gal'. v. Caro ɔcupiscit aduersus spiritū. vbi dicit Aug. q̄ nōnullum pcc̄m est cū caro ɔcupiscit aduersus spm̄. Et be. Tho. vbi. ſ. dicit. q̄ nullus euadit ɔcupiscentiā carnis post peccatū p̄moꝝ parentū ꝓpter coꝛruptionē nature p̄ter xp̄m ꝛ virginē matrē eius. vñ ad Ro.vi. Non regnet pcc̄m in vestro moꝛtali coꝛpoꝛe ꝛ obediatis ɔcupiscētijs eius. nō ait. nō sit. sed nō regnet. i. nō dñet. Est q̄dē in carne pcc̄m ɔcupiscentie: cū delectat sola sensualitas sed nō dominat cum ratio nō assentit. Et vt dicit Greg. Nequaq̄ immūda cogitatio mētē maculat. ſ. ꝑ moꝛtale: cū pulsat. ſ. ꝑ suggestionē vel sensualē cōplacentiā. Sed cū hanc sibi ꝑ delectationē subiugat. ſ. assentiēdo. de pe. di.ij. inter hec. Tertius gradus est per ɔsensum rōnis. Sicut em̄ Eua comesto fructu poꝛrexit subito viro: ita sensualitas in suggestione ɔcupiscentie alicui⁹ mali delectata: subito suggerit rōni vt assentiat: q̄ ſi ɔsentit tūc q̄ſi Adā comedit; ꝛ moꝛtal'r peccat in his q̄ sunt ɔtra p̄cepta. de quo dī Dañ.xiij. Cōcupiscentia subuertit coꝛ tuū. qd̄ fit dupl'r dum. ſ. ɔsentit in opus malū vel cum ɔsentit in moꝛosam delectationē: qd̄ etiā est moꝛtale ſm Tho. Matth.v. Qui viderit mulierē ad ɔcupiscēdum eā: iam mechatus est eā in coꝛde suo. ſ. ad Coꝛ.x. Nō simus ɔcupiscentes maloꝝ sicut illi ɔcupierūt: ꝛ ceciderūt vna die.xxiij. milia. Quartus gradus est audax defensio seu excusatio: sicut p̄mus parens cū fuisset req̄situs de culpa subito quaſi defendens intoꝛsit culpā in mulierē: vl' eū qui dederit ei in sociam. Sic pctō: post ɔsensum se excusat vel ꝑ exēpla peius faciētium: vel diaboli temptātis ꝛ hmōi. Iaco.iiij. Unde bella ꝛ lites in vobis. nōne ex ɔcupiscentijs vestris q̄ militant in mēbris vestris. excusando. ſ. mala ꝛc. Debet aūt conari quilibet has ɔcupiscentias vincere: occasiones exterioꝛes fugiendo: vt malas societates ꝛ discursus: auditum ꝛ aspectū vanū. Nō ɔcupiscat pulchritudinē mulieris coꝛ tuū: ne capiaris nutibus illius. Prouerb.vi. Quoniā qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Eccl̄i.xiij. Scd̄o ꝑ moꝛtificationē carnis. ad Gal'.v. Qui xp̄i sunt carnē suā crucifixerūt cū vitijs ꝛ ɔcupiscētijs. Tertio ꝑ oꝛationē. Sap.viij. Scio q̄ nō possum esse ɔtinens: nisi tu dederis. Quarto ꝑ occupationem Eccl̄i. In desiderijs est ois ociosus. Per agrum pigri hoīs transiui. ait Salomon ꝓuer.xxiiij. ꝛ per vineā viri stulti: ꝛ ecce totū repleuerant vrtice concupiscentiarum ꝛc.

¶ De preceptis cerimonialibus ipsius legis sub quadruplici differentia. Capitulum.v.

Secunda pars legis

moysaice est de p̄ceptis cerimonialib⁹: q̄ quidē omino cessant in nouo testamēto: ꝛ seruari nō debent. Sed quātū ad moralē intelligētiā seu expositionem adhuc debent seruari. Unde Gratian⁹ in decretis dist.vi. §. penul. dicit q̄ mystica mandata legis quātū ad supficiē: a naturali iure vident aliena. Quātū aūt ad moꝛalē intelligentiā: mutabilitatem nescire ꝓbantur: ꝛ sibi inueniuntur annexa. ac ꝑ hoc etſi ſm supficiem videant esse mutata: tñ ſm moꝛalem intelligentiā nō sunt mutata. Et sic potest intelligi illud psal. Custodiam legem tuam semꝑ in seculum: ꝛ in seculum seculi. quia nō solum moꝛalia: sed etiā cerimonialia legis: ſm moꝛalē intellectum obligāt semꝑ: ꝛ sic debēt seruari. Sicut verbi grā q̄ non comedant carnes poꝛcine: qꝛ in lege ꝓhibite seruari nō dꝫ: sed q̄ nō habeantur moꝛes lasciui luxuriosi: figurati ꝑ talē esuꝫ: semꝑ dꝫ seruari. Sed ꝓ hoꝝ declaratione sciendū p̄mo ſm Tho. ſ. ij.

Cerimonialia moralr̄ obseruāda.

Psal. cxviij.

q.c.ar.j. q̄ cerimonialia p̄cepta determināt p̄cepta moralia in ordine ad deū: sic iudicialia determināt ipa moralia in ordine ad p̄ximū. puta p̄ceptū morale est q̄ q̄s colat ⁊ adoret deū: sꝫ quō vel q̄ tpe vel loco: h̄ determinabāt cerimonialia: puta offerēdo sacrificia ad tēplū ⁊ tali tpe. Ordinat aūt hō ad deū p debitū cultū ei⁹: ⁊ iō pprie cerimonialia dicunt q̄ pprie ptinēt ad cultū dei. Et dicūt cerimonialia q̄si munia. i. dona cereri q̄ dicebat a gētilib⁹ dea frugū: eo q̄ p̄mū ex frugib⁹ oblatiōes deo offerebant. vel sic Valeri⁹ maxim⁹ refert. Nomē cerimonie introductū est ad significandū cultū diuinū apud latinos a quodā oppido iuxta romā qd̄ cere vocabat: eo q̄ roma capta a gallis illuc sacra romanoꝝ ablata sunt reuerēdissime habita. Tho. j. ij. q. cij. ar. iij. Vel cerimonialia a cereis q̄ in solēnitatibus accēdunt. Vel fm alios cerimonialia q̄si norme. i. regule salutꝭ. sꝫ iste due vltime expositiōes nō sunt ita pprie. De ipsis aūt cerimonijs dixit dn̄s Moysi Exod. xviij. Esto tu pplō in his q̄ ad deū ptinēt vt referas q̄ dicunt ad eū: ostēdasq̄ pplō cerimonias ⁊ ritū colēdi. Sciendū aūt q̄ oīa cerimonialia sunt figuralia. Vñ apl̄s ad Col. ij. inq̄t. Nemo vos iudicet in cibo aut potu: aut in parte diei festi aut neomenie: aut sabbatoꝝ q̄ sunt vmbra futuroꝝ. i. figura. s. xp̄i ⁊ ppl̄i xp̄iani: ⁊ sacroꝝ ⁊ moꝝ ipsoꝝ.

Duplex cult⁹ dei.

Pro cui⁹ declaratione notandū fm Tho. j. ij. q. cj. ar. ij. q̄ cū p̄cepta cerimonialia ordinētur ad cultū dei vt dictū est: duplex est cultus dei. s. interior ⁊ exterior. Et cū hō sit cōposit⁹ ex aīa ⁊ corpe vtrūq̄ dꝫ applicare ad colendū deū: vt scilꝫ aīa colat interiori cultu: ⁊ corp⁹ exteriori: fm illud ps. lxxxiij. Cor meū. i. aīa ⁊ caro mea exultauerūt in deū viuū. Et sicut corp⁹ ordinatur ad aīam: ita cult⁹ exterior ad interiorē. Cultus autē interior ɔsistit in h̄: q̄ aīa cōiungat deo p intellectū ⁊ affectū: ⁊ iō fm q̄ diuersimode intellect⁹ ⁊ affectus colētꝭ deū cōiungit deo: fm h̄ diuersimode actus exteriores hoīs ad cultū dei applicant. In statu em̄ future btitudinis intellectus human⁹ ipsaꝫ diuinā essentiā in seipsam intuebit. Et ideo exterior cult⁹ nō cōsistit ibi in aliq̄ figura: sꝫ solum in laude dei q̄ pcedit ex interiori cognitiōe ⁊ affectiōe p̄fecta fm illud Esa. lj. Gaudiū ⁊ leticia inuenie͡t i ea: gr̄arū actio ⁊ vox laudis. In statu aūt p̄ntis vite nō possum⁹ diuinam veritatē in seipsa intueri: sꝫ opꝫ q̄ radius diuine veritatis nobis illucescat sub aliq̄b⁹ sensibilib⁹ figuris vt dicit Dyony. diuersimode tn̄ fm diuersuꝫ statū cognitiōis humane. In veteri em̄ lege neq̄ ipsa diuina veritas in seipsa manifesta erat: neq̄ etiā adhuc ppalata erat via ad h̄ pueniendi. sicut dicit apl̄s ad Heb. vij. Et iō oportebat exteriorem cultū veteris legis nō solū eē figuratiuū future veritatis manifestāde in p̄ria: sꝫ figuratiuū xp̄i q̄ est via ducēs ad illā p̄rie veritatē. In statu vō noue legis hec via iā reuelata est: vñ hāc p̄figurari nō opꝫ sic futurā: sꝫ cōmemorari p modum p̄teriti vel p̄ntis: vt mysteriū passionis resurrectiōis ⁊ hmōi: ⁊ exhibitio sacroꝝ. Sꝫ solū opꝫ p̄figurari futuram veritatē glie nōdū reuelatā: qd̄ fit in ipsis sacris ⁊ sacralibus. Et h̄ est qd̄ apl̄s dicit ad Heb. x. Vmbrā hn̄s lex futuroꝝ bonoꝝ: nō ipsam imaginē reꝝ. Vmbra em̄ min⁹ est q̄ imago: tanq̄ imago ptineat ad nouā legē: ⁊ vmbra ad veterē. Nec obstat q̄ lex pplō dādo dꝫ eē manifesta fm Isid. dist. iiij. erit aūt. Quia diuina nō sunt reuelanda hoībus nisi fm capacitatē eoꝝ: alioq̄n daret͡ eis materia p̄cipitij: dum ɔtēnerent q̄ cape nō possent. Et iō vtilius fuit vt sub quodā velamine figurarum diuina mysteria dei populo traderentur: vt saltem ea implicite cognoscerent dū illis figuris deferrent ad honorem dei.

§. I. Ipsa autē cerimonialia

p̄cepta sunt multiplicia: fm illd̄ Osee. viij. Scribā eis multiplices leges. Hui⁹ aūt rō est fm Tho. j. ij. q. cj. art. iij. q: oīs lex dat alicui pplō.

Duo sūt gn̄a hominū.

In pplō aūt sunt duo gn̄a hominū. Quidā pni ad malū. ⁊ hi sunt p p̄cepta legis coercēdi. Quidā sunt hn̄tes inclinationē ad bonū: vl ex natura vel ex consuetudine vel magis ex gr̄a. ⁊ tales sunt p legis p̄cepta instruēdi. ⁊ i meli⁹ pmouēdi. Quātū igit͡ ad vtrūq̄ gen⁹ hoīm fuit expediēs multiplicari cerimonialia in veteri lege. Quia em̄ in illo pplō aliq̄ erāt pni ad idolatriā: cū multipl̄r idolatrie gētiles deseruiebāt: oportebat econuerso multa institui cerimonialia ad singula reprimenda ⁊ multa talibus imponi q̄si onerari ex his q̄ ad cultū dei impēdebāt. nō vacaret eis idolatrie deseruire. Ex pte vō eoꝝ q̄ pni erant ad bonū fuit necessaria multiplicatio cerimonialiū: tum q: p hec diuersimode mens eoꝝ referebat͡ in deū. ⁊ magis assidue. tū etiā q: mysteriū xp̄i qd̄ p hmōi cerimonialia figurabat͡ multiplices vtilitates ɔtulit mūdo: ⁊ multa circa ipm erāt ɔsiderāda: q̄ oportuit p diuersa cerimonialia figurari.

Quattuor sūt genera cerimonialium.

Diuiduntur aūt ista cerimonialia p̄cepta in q̄tuor gn̄a. s. sacrificiū: sacrū: sacrm̄: ⁊ obseruantiā. Hui⁹ rō est fm Tho. vbi. s. ar. iiij. q: cerimonialia p̄cepta ordinant͡ ad cultū dei: in quo q̄dē cultu ɔsiderari pōt ⁊ ipse cult⁹: ⁊ colētes. ⁊ instrumēta colēdi. Ipse aūt cultus specialiter ɔsistit in sacrificijs: que in dei reuerentiā offerunt͡. Instrumēta autē colendi ptinēt ad sacra sicut est tabernaculū ⁊ vasa ⁊ alia hmōi. Ex parte aūt colētium duo pn̄t ɔsiderari. s. ⁊ eoꝝ iustificatio ad cultū diuinū qd̄ fit per quādā ɔsecrationē vel ppl̄i vel ministroꝝ. ⁊ ad hoc ptinēt sacra. Et iterū eoꝝ singularis cōuersatio p quā distinguūtur ab his q̄ deū nō colunt. ⁊ ad hoc ptinēt obseruātie: puta in cibis: vestimentis: ⁊ alijs hmōi.

§. II. De sacrificijs veteris

testamēti in lege mādatis: q̄re instituta sunt: ⁊ q̄d significarūt dr̄: Leuit. j. Adolebit ea sacerdos sup altare in holocaustū ⁊ odorē suauissimū dn̄o. Dicunt͡ illa sacrificia odorē p̄stare dn̄o suauissimū: q: deo erāt accepta. Non q̄ deus illis indigeret. ps. Nunq̄d mādu͡cabo carnes tauroꝝ. aut q̄ illa de se placerēt deo tanq̄ expiatiua culparū. Vñ dicit apl̄s ad Heb. x. q̄ sacerdos offerebat sepe hostias que nō possunt auferre pctā: sed ppter rōnes ppter quas offerebat͡ grata habebat.

ps. xlix.

Triplex rō illoꝝ sacrificiorū assignatur.

Assignat͡ autē triplex ratio illoꝝ sacrificiorū: quare talia aīalia vel alia offerebantur: ⁊ tali modo fm Tho. j. ij. q. cij. ar. iij.

Propter idolatrie detestationem euitandam.

Propter offerentis dispositionem signandam.

Propter christi passionem figurandam.

Prima ⁊ scd̄a rō est l̄ralis: tertia mystica ⁊ figuralis. Et ad h̄ pōt induci illud ps. xxxix. Sacrificium ⁊ oblationem noluisti: aures aūt pfecisti mihi. Holocaustū ⁊ p pctō non postulasti. tūc dixi: ecce venio. q. d. Sacrificiū ⁊ oblationes noluisti: ppter se: q̄si delectareris illis reb⁹: sed ppter idolatriā vitandā: ⁊ est sacrificiū in aīalib⁹: oblatio in alijs terrenascētib⁹. Aures aūt pfecisti mihi. i. dedisti mihi pfectū intellectū in his vt intelligerē mētis dispositionē quā requiris in offerente tibi placitā: ⁊ hoc quoad scd̄m. Holocaustū ⁊ p pctō nō postulasti: q̄ erant p̄cipua inter sacrificia. tunc. s. cū dixi p effectū esse venio. s. in mūdum ad sustinendā passionē. Nunc ḡ impleta figura illoꝝ sacrificioꝝ nō postulo: immo respuo illa sacrificia q̄ figurabant istud pfectū sacrificiū. Quātum ḡ ad p̄mū dicit Hiero. xxij. q. j. cōsidera. q̄ cū iudei essent pni ad idolatriā in qua gētiles offerebant aīalia occisa dijs suis: voluit vt iudei potius illa offerrent deo in honorē suū q̄ dijs seu demonijs: et sic retraherentur a sacrificijs idoloꝝ. Vñ nō fuerunt data illi pplō p̄cepta de sacrificijs: nisi postq̄ declinauerūt ad idolatriā adorando vitulū ɔflatilem. Et hinc est q̄ illa aīalia que nō offerebāt egyptij: inter quos erant cōuersati dijs suis: vt oues ⁊ boues ⁊ arietes: illa iussi sunt offerre non alia q̄ offerebant gentiles dijs suis. Et ppter hoc etiā phibebat͡ deo offerri sanguis aīaliū: ⁊ adeps: ⁊ mel: ⁊ fermentū: q: ista offerebāt gētiles in suis sacrificijs. Aues offerebant͡: vt turtur pulli colūbarū: et passeres ppter paupes qui nō poterāt in alijs aīalibus multū expēdere. Darum

aūt auiū est copia in illis ptib⁹. Nō aūt offerebant pisces
in sacrificiū: q: cū in aq̄s viuāt: magis sunt alieni ab hoīe
q̄ alia aīalia q̄ viuūt in aere. Modus etiā occidēdi q̄dam
aīalia vt aues: determiabat a lege: ad excludēdū etiā ido
latrarū modū quē tenebant. Quātū ad scōm dicit Tho.
vbi. s. q̄ p sacrificia repn̄tabat ordinatio mentis in deū:
sam ꝛc. Et q̄ māducat meā carnē: ꝛ bibit meū sanguinē in Job. vi.
me manet ꝛ ego in illo. De multis alijs que ptinēt ad hoc

sacramētum diffuse in.iij.parte ti.xiiij.Et in.ij.parte titu.
ix.c.xij.ꝛ seq.de omissione diuinorum.

§.VIII.De varijs purificationib⁹ veteris legis figurātib⁹ sacr̄m pnie ꝛ baptismū et passionē xpī:in cui⁹ ꝟtute sacr̄m pnie ꝛ alia hn̄t effectum.

Purificatiōes ve. legis q̄d figurabāt. Pro cui⁹ declaratiōe sciēdū fm̄ Tho.i.ij.q.cij.ar.v.ꝙ purificatiōes legis veteris ordinabant ad remouēdū īpedimenta diuini cult⁹ q̄ est duplex.s.spūalis q̄ cōsistit in deuotione mētis ad deū:ꝛ corpalis q̄ cōsistit in sacrificijs ꝛ oblationib⁹ ꝛ alijs hmōi. A cultu spūali īpediunt hoies per pctā q̄bus hoies pollui dicebant:sicut p idolatriā:homicidiū:adulteriū ꝛ hmōi.

Cult⁹ diuin⁹ duplex est. Et ab istis pollutionib⁹ purificabant hoies p aliq̄ sacrificia:vel cōiter oblata p tota multitudie vel p pctis singulorꝫ:nō ꝙ illa sacrificia haberent ex se ꝟtutē expiādi pctm̄:sꝫ q: figurabāt expiationē futurā p xpm̄:cuius pticipes erāt etiā antiq̄ prestātes fidē redēptoris in figuris sacrificiorꝫ. A cultu ꝟo exteriori impediebant hoies p quasdā imūdicias corpales:vel in hoib⁹ ꝛ in alijs aīalib⁹:in vestimētis domib⁹ ꝛ vasis. Et ī hoib⁹ q̄dē aut ex se:vt in cadauere hois:aut ī infirmitate lepra vl' fluxu sanguis vl' semis ꝛ hmōi.q̄ pcedūt ex corruptiōe humorꝫ. Aut etiā ꝯhebat imūdicia illa ex cōtactu rerꝫ immundarū:vt cadaueris lepre ꝛ hmōi.

Rō immūdiciarꝫ litteralis. Ratio aūt harꝫ imūdiciarꝫ lr̄alis erat ppter reuerētiā eorꝫ q̄ ad diuinū cultuꝫ ptinēt.tū q: pciosas res hoies nō solēt cōtingere cū sunt immundi.tū q: ex raro accessu ad sacra:ea hoies magis venerant.tū etiā q: ī q̄busdā erat rō vitādi rit⁹ ꝛ occasiones idolatrie:ad quā erant inclinati:ꝛ gentiles multis ex his vtebant in cultu suorū deorꝫ. Hmōi autē imūdicie corporales purificabant:vel per aspersionē aque lustrationis de q̄ dicet:vel q̄ maiores imūdicie erāt p aliqua sacrificia.

Ratio figuralis. Ratio aūt figuralis est:q: iste imūdicie corpales significāt imūdicias culparū varias q̄ impediūt a vero cultu interiori dei. Et earū purificatio signat purgationē earum per sacramētū baptismi vel penitētie ꝟtute passiōis christi in illis sacrificijs figurate. Vn̄ pōt ad hoc induci illud ps.l. Asperges me dn̄e hysopo ꝛ mundabor:lauabis me ꝛ sup niuē dealbabor. Aspersio ꝛ lotio fit aqua:ꝛ hec est penitētia figurata in aq̄ lustratiōis. Sed adiūgit hysopus q̄ est herba munitissima ī folijs:et calida medicinalis:q: purgatiua ꝛ odorifera:ꝛ signat passionē xpī q̄ fuit pacta in magna hūilitate ꝛ charitate:purgatiua culparū ꝛ odore ꝟtutū reficiēte. Cū q̄s vere penitet:tūc de⁹ aspergit hysopo:applicās ꝟtutē sue passionis ad aquā penitētie illius. Et sic lauat a sordib⁹ imūdiciarū ꝛ efficit albus .i.imaculatus:vt nix puritatis celestis.

Quid sit heresis. Declarāde ergo sunt ille imūdicie quid significent. Et immūdicia lepre significat imūdiciā heretice doctrine:quia heresis est morb⁹ contagiosus ꝛ imiscēs in suis dictis vera cū falsis quasi quedam distinctio macularuꝫ in corpore. Lepra domus que erat ex aliqua corruptiōe ppter excessum humiditatis vl' siccitatis:signat immūdiciā cōgregationis hereticorꝫ. Lepra vestis linee peccatū operis occulti:q: lino vtimur ad carnem. Unde occulta est vestis linea vt camisia. Lepra vestis lanee qua vtimur ab extra est peccatum in exteriori cōuersatione. Lepra in pilis peccatū est in cogitationib⁹ Immundicia mulieris sanguinē fluētis:signat idolatrie culpā propter immolaticū cruorē. Immūdicia mulieris parturientis:immūdiciā peccati originalis. Immūdicia menstruate:culpam anime per voluptates emollite. Immūdicia fluxus seminis:culpā suꝑflue vel inordinate seu inutilis locutiōis etiā legēdo ꝛ p̄dicādo:vt exponit Gregorius dist.xliij.sit rector. Immūdicia cadaueris:pctm̄ obstinationis. Immūdicia cōtactus rerū imundarum cōsensum ī pctm̄ alteri⁹.fm̄ illud.ij.ad Cor.vj. Exite de medio eorꝫ ꝛ separamini ꝛ immūdū ne tetigeritis scꝫ cōsentiēdo

Esa.lij. Immūdū nō tangit qui pctō alteri⁹ non assentit:vt dicit Augu.xxiij.q.iiij.recedite. Uas nō habēs coopculū vel ligaturā imūdū erat:ꝛ signat nō habentē restrictionē disciplinę. Modo videndū est quō purgabātur he imundicie pctōꝝ. Et certū est ꝙ per penitētiā Act.iij. Penitemini vt deleātur pctā vestra:ait Petrus.

Quō mūdant immūdicie peccatorum. Lauabis me inq̄t ps.scꝫ aqua penitētie:ꝛ sup niuē dealbabor. Et hoc figurabat per illā aquam que dicebat lustrationis:que miscebatur cinere vitule combuste. De qua ait apls ad Heb.ix. Si em̄ cinis vitule aspsus inq̄natos sanctificat ad emundationē carnis.i.ad tollendū illas imundicias corpales:quātomagis sanguis christi emūdabit ꝯsciētias nr̄as ab operib⁹ mortuis.i.pctorꝫ. Mandauit dn̄s Num.xix.vt acciperet vaccā rufam etatis integre sine macula:ꝛ que non portasset iugū ꝛ imolaret.i.occideretur extra castra ꝛ de sanguine ei⁹ intingebat sacerdos digitū:ꝛ aspergebat cōtra fores sanctuarij septē vicibus. Cremabat aūt illa vacca tota cū sanguine:pelle:carnib⁹ ꝛ fimo:ꝛ adiūgebatur cōbustioni eius lignū cedrinū:hysopus et coccus bistinctus. Et ille cinis vacce reseruabat ꝛ ponebat in aquis:ꝛ cū illa aqua aspersi mūdabant a dictis imūdicijs. Sed inmundi efficiebant:ꝛ cremātes vaccā ꝛ cineres colligētes ꝛ aspergētes alios aqua. Spūaliter. Vacca ista signat dominū iesum dei sapiētiā.qui ꝺ: vacca ppter assumptā nostram infirmitatē mortalitatis. Rufa fuit:quia plen⁹ charitate:vel quia aspsus sanguie in passione. Integre etatis vacca ista erat:q: ois actio ei⁹ fuit pfectissima ꝛ in pfecta etate passus est:nulla fuit in eo macula pcti:nec iugū fuit tutis. Debebat aūt ppls adducere ad moysen:q: imputabant ei trāsgressionē moysaice legis in violatiōe sabbati Precipit aūt tradi eleazaro sacerdoti:q: xp̄s occidendus tradit⁹ est in man⁹ sacerdotū. Immolat extra castra:q: extra portā passus est:vt dicit apostolus. Intingit sacerdos digitū in sanguine ei⁹:q: mysteriū passionis xpī cōsiderādū cū discretiōe ꝛ imitādū actione est:ꝛ p̄cipue a sacerdotib⁹. Aspgitur sanguis cōtra tabernaculū designās synagogā:vel ad cōdēnationē nō credētiū:vel ad purificationē credētiū:ꝛ h̄ septē vicib⁹:vel ppter septē dona spūssancti que ex sacramētis pcepimus:vel p omne tp̄s qd̄ signatur in septenario. Oia igne cremāda sunt.i.spūaliter intelligēda igne spūssancti.i.instructiōe. Nā p pellē ꝛ carnē exterior eius opatio.p sanguinē subtilis interna eius virt⁹ viuificās p fimū lassitudo sitis ꝛ alia ad infirmitatē ptinētia. Tria addita signant. Cedrus altitudinē spei vel cōtēplationis:hysopus hūilitatē vel fidē:coccus bis tinct⁹ geminā charitatē.p hec debem⁹ xp̄o passo adherere. Cinis

Heb.ix. huius vacce est memoria seu virtus xpī passi. Colligit iste cinis a viro mundo:quia reliquie passionis puenerūt ad gētes:que nō fuerūt culpabiles in xpī passione. Apponūtur isti cineres in aquā ad expiandū.q: ex passione christi baptism⁹ ꝛ etiā penitētia sortitur effectū emundādi pctā. Qui aūt immolabāt vaccā vel colligebāt cineres ꝛ q̄ aspgebāt aquā efficiebant immūdi vsq; ad vesperū:q: iudei in occisione xpī effecti sunt imūdi ꝛ pctōres:ꝛ hoc vsq; in finē mundi:q: tunc cōuertent ad vesperā fm̄ ps. Vel etiā ad figurādū:q: qui ministrāt alijs sacramēta in collatiōe eorū aliquas imundicias cōtrahūt:ꝛ p̄maxime in sacramentis penitētie:ꝛ hoc vsq; ad vesperū.i.finem vite presentis. Fiebāt ꝛ alia sacrificia in festo ppitiationis:scꝫ vituli arietis ꝛ duorū hircorū ad expiationē pctōrū p pplo ꝛ sacerdotib⁹ designantia passionē xpī. Et etiā sacrificia q̄ fiebant a singulis psonis pro peccatis:vel a leprosis mūdatis sacramēta erāt figuratiua passionis xpī:ꝛ etiam sacramētū penitētie ꝛ cōfessionis que ob breuitatē nunc dimittunt. Aspergamur ergo hysopo cum aqua lustratiōis idest penitentia:ꝛ sic super niuem efficiemur albi:ꝛ etiā⁹ mundati:vt in templum glorie possimus intrare.

Ps.lviij.

§.IX.De cōsecratione sacerdotū ꝛ ornamentis eorū ꝛ maculis phibitis in eis.

Cōsecratio et ornamēta. Et correspōdēt ista sacramēta sacramēto ordinis clericorū ꝛ

sacerdotū veteris legis figurabāt sacros ordinis clericorū.

cōuersationi eorū. Pro quorum declaratione dicit. b. Tho. i. ij. q. cij. arti. v. Sicut ppl's ille instituebat ad cultū dei p sacramentū circūcisionis: ita ministri p aliquā ɔsecratione vel purificationē. Unde separi ab alijs p̄cipiunt q̄si specialr ad ministeriū cultus diuini pre alijs deputati: et totū quod fiebat in eorū consecratione vel institutione ad hoc ptinebat: vt ostēderet eos habere quādā prerogatiuā puritatis et virtutis et dignitatis. Ad quod facit quod ait ps. ps. cxxxi. Sacerdotes tui induantur iusticia. et sancti tui exultent. Unde circa institutionem ministrorū tria fiebant que habent rationes litterales et rationes figurales.

Tria fiebāt circa īstitutionē ministrorum.

¶ Debebant enim esse a certis maculis liberi.
¶ Debebant varijs ornamentis indui.
¶ Debebant certis sacrificijs et modis purificari.

Quantū ad p̄mū mādauit dn̄s vt qui haberēt maculā etiā si essent de gn̄e Aaron non ministrarent ei. Rō lr̄alis huius: q: tales solēt hoībus cōtēptui haberi: et inde etiā ip̄e cult' dei. Sed rō figuralis est: q: macule ille designāt defectus pctōr qui tollūt sanctitatē aiarū debitā sacerdotibus. et describuntur hec macule Leuit. xxi. vbi dr. Homo de semine tuo qui habuerit maculā nō accedat ad altare neq; offerat panes deo suo. Et subdit singulas describēdo. Si cecus. i. ne sit ignorās. Si claudus. i. ne sit instabilis et ad diuersa se inclinās. Si paruo vel grādi vel torto naso. i. ne p defectū discretionis in plus vel min' excedat aut aliq̄ praua exerceat. Per nasum etiā p quē discernim' odores a fetorib' discretio designatur. Ne sit fracto pede vel manu. i. ne amittat virtutē bn̄ operādi vel pcedendi de virtute in virtutē. Ne gibbus ante vel retro. i. ne supfluū amorē vel laborē habeat ad terrena. Si lippus ne scz per carnalē affectū eius ingeniū obscurū fiat. Si albuginem habēs in oculo ne. s. p̄sumptionē cādoris insciētie habeat in estimatione. Si iugē scabiē. i. petulantiā carnis in ope Si impetiginē. i. litigiosus: impetigo corpus sine dolore occupat: et membrorū tn̄ decorē fedat: vn̄ et auariciā designat. Si herniosus seu pōderosus et signat luxuriā i cogitatione. Hec Tho. vbi. s. Et quasi similē expositionē harū macularum ponit Grego. in pastorali. et in decre. habet di. xlix. hinc etem̄. et diffusius ibi hec declarātur. Quātū ad scd̄m voluit deus vt sacerdotes haberēt diuersa ornamēta: vt in maiori reuerētia haberent a pplo. et sic cultus dei esset in maiori honorificētia et glia. et vt habet Exodi. xxviij. Pontifex habebat nouē ornamēta. Primū vestem lineā. Scd̄m tunicā hiacynthinā: in cui' extremitate iuxta pedes ponebant tintinnabula quedā et malapunica interta: et ex hiacyntho purpura et cocco bis tincto. Tertiū superhumerale qd̄ tegebat humeros et anteriorem partem vsq; ad cingulū: qd̄ erat ex auro et hiacyntho et purpura et cocco bis tincto et bisso retorta. Et sup hūeros habebat duos onychinos in quib' erāt scripta noia filiorū israel. Quartū erat rōnale ex eadē materia factū qd̄ erat quadratū et ponebat in pectore et cōiungebat superhumerali. et in hoc rōnali erant. xij. lapides p̄ciosi distincti p q̄ttuor ordines in quibus erāt scripta noia filiorū israel: quasi ad designādū q̄ deferrent onus tot' ppli: et q̄ debebat iugiter de eorū salute cogitare. Et iō in pectore. i. rōnali in quo mādauit dn̄s ibi poni doctrinā et veritatē. quia quedam ptinētia ad veritatē iusticie. quedā ad veritatem doctrine ibi erāt scripta. Quintū ornamētū baltheus. i. cingulus quidā factus ex illis q̄ttuor colorib'. Sextū est thyara. i. mitra quedā de bysso. Septimū lamina aurea pendens in frōte in qua erat scriptū nomen dei. Octauū erat feminalia linea vt operirent turpitudinē suā qn̄ accederet ad altare vel ad sanctuariū. Ex his octo ornamētis sacerdotes minores habebāt tn̄ q̄ttuor. s. tunicā lineā: baltheū: feminalia. i. serabulas: et thyarā. Horū aūt ornamentorū rōnem litteralē quidā assignāt dicētes: q̄ in his designat dispositio orbis terrarū quasi pontifex protestaret se esse ministrū creatoris mūdi. Unde et Sap. xviij. dicitur. q̄ in veste Aaron erat descript' orbis terrarū. Nā feminalia linea figurabāt terrā ex q̄ linū nascit. Balthei circūuolutio significat mare oceanū qd̄ circūit terrā. Tunica hiacynthina suo colore signat aerē: p cui' tintinnabula tonitrua et p malogranata coruscationes. Superhumerale sua varietate celum sydereū. Duo onychini duo hemisphēria vel duo luminaria magna solē et lunā. Duodecī lapides i rōnali: duodecim signa in zodiaco: q: i celestib' sunt rōnes eternorū. Cydaris vel thyara celū empyreū. Lamina aurea deū oīb' p̄sidentē. Rō autē figuralis horū est: q: ista designāt ornamēta virtutū: qb' debēt ministri esse induti idest habituati: q̄ oia cōtinent in iustic[ia]. Et ideo bn̄ dicit Sacerdotes tui induant iusticia. Ut eti[ā] dicit Gratia. di. xl. §. i. Multis virtutib' debet splēdere vita pontificis: vt gradui cōferat decorē quē ab eo non accepit: nō em̄ locus sz vita et mores scm̄ faciūt sacerdotē. Un̄ et officio suscepto nō licentiā peccādi: sz n[e]cessitate bene viuēdi se nouerit assecutū. Et in minorib[us sace]rdotib' debēt esse q̄ttuor Castitas signata p femin[alia]. Abstinētia signata p cingulum. Linea tunica. i. mod[er]atio discretionis. Et thyara recte intētionis in capite. i. in mēte. Sed pōtifices debēt pre alijs hr̄e p̄dicta et alia q̄ttuor. s. iugē dei memoriā in cōtēplatione: et hoc signat in lamina. Supportationes ppli p patiētiā et hoc in superhumerali. Tertio q̄ habeat populū in corde et viscerib' charitat; qd̄ signat p rōnale. Gratia. aūt addit: q̄ in corde eius dz esse manifesta veritas. s. scripturarū. p id quod ibi scriptū erat. di. xxxvi. §. ij. Debet vltimo habere celestē cōuersationē quod signat p tunicam hiacynthinā. Tintinnabula aurea que erāt adiūcta in fine vestis signāt exercitiū p̄dicatiōis de sapiētia scripture Et malogranata intexta signant vnitatē fidei et morū: vel q̄ in predicatiōe debet cauere scandala diuisiones et q̄rere vnitatē. Quātū ad tertiū p cōsecratione eorū fiebāt quedā. Et p̄mo purificabant oēs p ablutionē aque et q̄dā sacrificia facta pro eis specialr leuite. Scd̄o radebant oēs pilos carnis sue: vt habet Num. viij. Tertio consecratio pontificis et sacerdotū h ordine fiebat. Post ablutionē predictā induebant vestimētis prenoiatis: ad designādū dignitatē suā. Specialr aūt pōtifex inūgebat i capite vt designaret q̄ ab ip̄o diffundebat potestas cōsecrandi in alios: sicut oleū a capite deriuat in iferiora. iuxta illud ps. cxxxij. Sicut vnguentū in capite. Leuite vero nō habebant aliā consecrationē: nisi q̄ offerebant dn̄o a filijs isrl' per manus pōtificis qui orabat p eis. Minores vero sacerdotū sole man' consecrabant: que erant applicāde ad sacrificia. Et de sanguine animalis immolati tingebatur extremū auricule dextre eorū: et pollicis pedis dextri: vt scz essent obediētes legi dei in oblationib' sacrificiorū: quod signat in intinctione dextre auricule: et q̄ essent soliciti et prompti in executione sacrificiorū: et in signū hui' intingebat extremū pedis et manus. Ip̄i etiā et vestimēta eorum aspergebantur sanguine animalis imolati in memoriam sanguinis agni p quē fuerūt liberati ex egypto. Offerebātur aūt in cōsecratione eorū ista sacrificia: vitulus p pctō in memoriā remissionis peccati aaron circa vitulū conflatilem. Aries in holocaustū in memoriā oblationis abrae cuius obedientiā deberēt imitari. Aries cōsecrationis q̄ erat quasi hostia pacifica in memoriā liberationis de egypto p sanguinē agni. Canistrū panū in memoriā manne date. Ptinebat aūt ad applicationē ministerij: q̄ imponebat sup manus eorū adeps arietis et torta panis et armus dexter: vt ostēderet q̄ accipiebāt ptātē hm̄oi offerēdi. Leuite v̄o applicabant ex hoc q̄ introducebant in tabernaculum federis: quasi ad ministrandū circa vasa sanctuarij. Ratio figuralis horū est: q: illi q̄ sunt cōsecrādi ad sp̄uale misteriū xp̄i: debēt p̄mo purgari p aquā baptismi et lachrymarū in fide passionis xp̄i. et debēt radere oēs pilos carnis sue. i. oēs prauas cogitationes a se remouere; debent vngi oleo gratie sp̄ūs sancti atq; aspersiōe san

Margin notes (right column): Rō figuralis. — Quattuor debēt esse i minorib' sacerdotib'. — leui. viij. — Rō figuralis.

Margin note (left column): De' voluit hr̄e diuersa ornamēta sacerdotum.

guinis xpi p memoriã passionis: ⁊ sic accedere ad ministrã-
dũ cũ obediẽtia ad legẽ dei ⁊ diligẽtia agẽdoꝝ. Inunctio
aũt in capitib⁹ pontificũ ⁊ manib⁹ sacerdotũ adhuc fit in
eccl'ia: sꝫ ob aliã causaꝫ. vt ex̃ de sacra vnc. c. i. Sacerdotes
ergo induanť iusticia isto modo ⁊ sancti facti per illã cõse-
crationis figurationem habitã in se: exultabũt in gloria.
¶ De p̃ceptis iudicialib⁹ ipsius legis. Cap. vi.

Tertia ps legis moy-

saice est de p̃ceptis iudicialib⁹ q̃ habenť Exod.
xxi. ⁊ xxij. de quibus põt intelligi illud ps. xviij.
Judicia dñi vera iustificata in semetipa: desiderabilia su-
per auꝝ ⁊ lapidẽ p̃ciosuꝫ multũ. ⁊ hoc pp̃ter maximã eq̃-
tatẽ ⁊ hũanitatẽ quã cõtinẽt. Judicia. i. p̃cepta iudiciaria
dñi q: a dño instituta. vera: q: nõ pñt cõtinere errorẽ sicut
iudicia hoĩm in suis statutꝭ. Justificata in semetipa: q: ha-
bẽt causas ⁊ rõnes valde iu[illegible] p̃re sic istituta sunt. Et
no. vt dicit Tho. i. ij. q. ciij. [illegible] ante legẽ moysaicaꝫ fue-
runt habita ⁊ seruata queda[illegible] [cerim]onialia ad cultũ dei a
sanctis hoibus vt pꝫ de sacrific[illegible] [f]actis p Noe: Abraã: ⁊
alios: ⁊ altarib⁹ erectis. ita etiã fuerũt habita quedã iudi-
cialia inter eos: sed nõ erãt illa iudicialia ex institutiõe di-
uina: sed humana vt sunt modo statuta ciuitatũ. Sic etiã
illa cerimonialia nõ fuerũt p institutionẽ dei: sed p deuo-
tionẽ colẽtiũ deũ ad hoc instigatoruꝫ ex instinctu diuino.

differũt iudicialia a cerimonialibus i tribus.

Differũt autẽ iudicialia a cerimonialib⁹ in tribus: in de-
terminatione: in figuratiõe: ⁊ in obseruatiõe. Ex p̃mo scꝫ
determinatiõe sunt in se iustificata: q: a deo ordinata. Ex
scdo scꝫ obseruatione: vt q: ab hoibus assumunť: sunt de-
siderabilia sup aurũ: q: valde vtilia reipublice. Ex tertio
scꝫ figuratiõe sunt dulciora sup mel ⁊ fauũ: quantũ ad ex-
positionẽ mysticã ⁊ moralẽ. Primo differũt: q: cerimoni-
alia ordinãt hoiem ad debitũ cultũ dei. Judicialia auteꝫ
ordinãt ad debitũ cõuictũ cũ p̃rimo. Sed pro huius ma-
iori declaratiõe dicit btũs Tho. i. ij. q. ciiij. ar. i. q̃ p̃cepto-
rũ cuiuslibet legis quedã hñt vim obligãdi ex ipso dicta-
mine rõnis: q: scꝫ ipa rõ naturalis dictat hoc esse debituꝫ
fieri vel vitari: et hmõi dicunť p̃cepta moralia: eo q̃ a rõ-
ne ducunť mores humani. Alia vero p̃cepta sunt que nõ ha-
bent vim obligãdi ex dictamine rõnis: q: in se cõsiderata
nõ habẽt absolutã rõnẽ debiti vel indebiti: sed habẽt vim
obligandi ex ipa institutione diuina vel humana ⁊ hmõi
p̃cepta sunt determinatiões moraliũ p̃ceptoꝝ. Etsi de-
terminãt moralia ex institutiõe diuina in his p q̃ hõ ordi-
natur ad deũ: talia dicunť cerimonialia. Si autẽ determi-
nãt moralia in his que ptinẽt ad ordinationẽ hoĩm adin-
uicẽ: talia dicunť iudicialia. Et in his duob⁹ consistit ratio
iudicialiũ p̃ceptoꝝ: vt scꝫ nõ habeãt vim obligãdi ex ipsa
naturali rõne: sed ex institutione ⁊ p hoc differũt a mora-
libus. Scdo vt ptineãt ad ordinationẽ hoĩm adinuicẽ: et
sic differũt a cerimonialib⁹ p̃ceptꝭ. Per hoc autẽ differũt
iudicialia ista a legib⁹ ⁊ statutꝭ ciuitatũ: q: illa sunt ex in-
stitutiõe dei: hec aũt ex institutiõe hoĩm ⁊ dicunť iudicia-
lia nõ solũ q̃ ptinẽt ad lites iudiciorũ: sꝫ etiã q̃cũq̃ ptinẽt
ad ordinationẽ hoĩm adinuicẽ q̃ subest ordinationi p̃nci-
pis alicui⁹ seu officialis. Scdo differunt iudicialia a ceri-
monialib⁹ in figuratiõe: q: scꝫ cerimonialia figurabãt pri-
mo ⁊ p se. iudicialia aũt scdario ⁊ ex cõsequẽti. Pro cuius
declaratiõe dicit. b. Tho. i. ij. q. ciiij. ar. ij. q̃ dupliciter dicit
aliq̃d p̃ceptũ figurale. Uno mõ primo ⁊ p se. q: scilicet p̃n-
cipaliter est institutũ ad aliq̃d figurandũ. ⁊ hoc modo ce-
rimonialia sunt figuralia. Ad hoc etiam sunt instituta vt
figurarẽt aliquid ptinẽs ad cultum dei ⁊ ad mysteria xpi.
Alio mõ dicit p̃ceptũ aliq̃d figurale non primo ⁊ p se: sed
ex cõsequẽti: ⁊ hoc mõ iudicialia sunt figuralia: nõ eñ fue-
runt principaliter instituta ad aliquid figurãdũ. sꝫ ad or-
dinãdũ statũ illius ppl'i s̃m iusticiã ⁊ eq̃tatẽ. Sed ex cõñti
aliq̃d figurabãt: inquãtũ stat⁹ illi⁹ ppl'i q̃ p hmõi p̃cepta
disponebať. figuralis erat: s̃m illud. i. ad Cor. x. Omnia

Preceptũ figurale dr dupliciť

in figurã cõtingebãt illis. Quia eñ ille ppl's erat electus a
deo: vt ex eo xps nasceretur: ideo oportuit statũ illi⁹ populi
eẽ p̃pheticũ ⁊ figuralẽ: vt ait Aug. Et ideo iudicialia illi
ppl'o tradita fuerũt magis figuralia q̃ iudicia aliorũ po-
puloꝝ. Sicut etiã ⁊ bella et gesta illi⁹ ppl'i exponunť my-
stice. nõ aũt bella vel gesta assyriorum vel romanoꝝ q̃ fue-
rũt magis famosa s̃m hoies. vñ et Greg. dic. xxiij. q. i. c. ij.
Nisi bella illius ppl'i significarẽt bella spũalia demonũ cõ-
nos: nequaq̃ eccl'ia libros illos q̃ narrant illa bella: vt re-
gũ. Josue. ⁊ alioꝝ p̃poneret legẽda. Et sic iudicialia p̃ce-
pta a doctorib⁹ sup Exo. in glo. exponerẽtur allegorice et
moraliter. Tertio differũt iudicialia a cerimonialib⁹ in
obseruatione. Nam q̃uis vtraq̃ in nouo testamento sint
mortua: q: euacuata ab obligatiõe p aduentũ xpi: tñ ceri-
monialia nõ solũ sunt mortua: sed etiã mortifera post di-
uulgationẽ euãgelij. Et rõ est: q: vt dictũ est: illa cerimo-
nialia sunt figuralia principaliť instituta ad figurãdũ xpi
mysteria vt futura. vñ ipa mõ seruare esset protestari con-
tra veritatẽ fidei acsi nõdum essent impleta. Sed iudicia-
lia ita sunt mortua q̃ non mortifera. Nã si q̃s p̃nceps vel
eccl'ia vellet aliq̃d ex illis iudicialib⁹ assumere p suo statu-
to seruando in ciuitate tanq̃ iustũ ⁊ vtile: non peccaret q:
illud seruaret: nisi hoc faceret ipe vel ab alijs mãdari ser-
uaret: q: in lege moysaica cõtentũ et inde obligatorium:
tũc eñ intentio esset mortifera. Ideo aũt iudicialia nunc
sunt mortua ⁊ nõ obligãt: q: cũ instituta essent ad dispo-
nẽdũ statũ illi⁹ ppl'i q̃ ordinabať ad xpm: mutato illo sta-
tu ppl'i xpo adueniẽte ipsa iudicialia nõ obligãt. Fuit eñ
lex pedagog⁹ ducẽs ad xpm s̃m aplm. sꝫ q: hmõi p̃cepta Gal. iij.
(vt dictũ est) nõ ordinabanť principaliť ad figurandum
xpi mysteria. sed ad aliquid fiendũ s̃m iusticiã: ideo ipoꝝ
obseruatio nõ ita p̃iudicat fidei veritati absolute. Sed
nũc si intẽtio obseruãdi esset: vt q: in lege moysaica man-
datũ: hoc eñ p̃iudicaret veritati fidei: q: p hoc haberet
q̃ stat⁹ prioris populi adhuc duraret: ⁊ xps nõdũ venis-
set. Unde apl's ad Heb. vij. ait. Translato sacerdotio ne-
cesse est q̃ legis translatio fiat. s. quoad totam. Ubi dicit
Aug. Quia enim simul ⁊ ab eodem ⁊ sub eadem sponsio-
ne vtraq̃ data sunt: quod de vno dicitur: necesse est vt de
altero intelligatur. ex̃ de consti. translato.

§. I. Fit auteꝫ quadruplex

distinctio hoꝝ p̃ceptoꝝ iudicialiũ s̃m distinctionẽ ordina-
tionis hũane: vt ponit btũs Tho. i. ij. q. ciiij. ar. iiij. Qua-
druplex eñ ordo in ppl'o potest inueniri. Prim⁹ ordo est
p̃ncipũ populi ad subitos: et s̃m hoc danť q̃dã p̃cepta
iudicialia de institutiõe p̃ncipũ ⁊ officioꝝ eoꝝ: ⁊ reuerẽn-
tia eis exhibẽda: ⁊ hec est vna ps eoꝝ. Scds ordo est sub-
ditoꝝ adinuicẽ: et s̃m hoc danť q̃dã alia p̃cepta ptinẽtia
ad cõciues adinuicẽ: puta circa emptiones. venditiones
iudicia ⁊ penas et hmõi: ⁊ hec est scda ps iudicialiũ. Ter-
tius ordo est eoꝝ qui sunt de populo quoad extraneos: ⁊
s̃m hoc dãtur quedã alia p̃cepta ptinẽtia ad extraneos
puta de bellis cõtra hostes: ⁊ de susceptiõe peregrinorũ ⁊
aduenaꝝ: et hec ẽ tertia ps. Quartus est ad domesticos:
vt vxoris ad virũ. patris ad filiũ. dñi ad seruum. ⁊ s̃m hoc
dãtur alia p̃cepta ptinentia ad domesticã cõuersationem
sicut de filijs: vxorib⁹ et seruis. et hec est q̃rta pars. Et de
singulis poneť in seq̃ntꝭ. §. sed breuiter. Et notandũ q̃
aliqua ex his iudicialibus p̃ceptis ecclesia sumpsit p suis
constitutionib⁹ in diuersis titulis decretaliũ: ⁊ p̃cipue in
q̃nto libro vnde obligant vt statuta eccl'ie: non vt in lege
moysaica mãdata. Et p̃mo ex̃ de adul. c. i. dr. Si seduxe-
rit quis virginem necdum desponsatã dormieritq̃ cũ ea:
dotabit eã et habebit in vxorẽ. Si vero pater virginis da-
re noluerit pecuniã reddet. i. dabit pecuniam iuxta moreꝫ
vel modum dotis quam virgines recipere consueuerũt.
Glo. ibi dotabit. i. donationẽ pp̃ter nuptias assignabit ei
vel potius pecuniam dabit mulieri quaꝫ pro dote sibi re-

Quadruplex ordo in pplo inuenitur.

Exo. xxij.

seruabit: qd̕ fieri potest. ff. de do na. in ter virū et vxo. si q̇s
vxori. Etiā si cū ea nō cōtrahat: nibilomin⁹ habebit illam
pecuniā. Glo. sup illud. habebit eā in vxorem. s. si pater ei
dare voluerit ⁊ ipsa consenserit: vel si ipse eā accipere vo-
luerit: alr̄ punief: prout cōtinetur. c. seq. sc̄ puenit. Glo.
sup illud iuxta modū q̇ estimabitur iuxta facultates ipsi⁹
⁊ dignitatē puelle. Ex illo. c. puenit. dicit glo. talis nō co-
gif illā accipe in vxorē si nolucrit. Sed q: illā decepit alr̄
punietur. Et sm̄ leges si p vim h̄ egerit punietur morte.
institu. de publi. iudi. §. finautē. Si decepit puellā relegaf
vel si est vilis psona verberaf: sm̄ q iudici visuz fuerit. isti.
eo. §. ij. Scd̄m canones si non acceperit excōicatur: duscȝ
visum fuerit superiori: ⁊ in monasteriū ad agendū peni-
Exo. xxi. tentiā ad tp̄s retrudif: vt d̕: in dicto. c. puenit. Itē in titu.
de fur. c. j. d̕: Qui furatus fuerit hoiem ⁊ vendiderit eum
cōuictus noxe: morte moriaf. Etiā glo. sup illud hoiem. s.
liberū. nā q̇ furatur seruuz hac pena nō tenef. ff. ad. l. fal.
depla. l. i. ti. Et sm̄ canones hec pena nō imponif. ex̄ de
rap. in archiep̄atu. vbi dicif q p certis excessibus epi pos-
sunt certā penā pecuniariā imponere ⁊ flagellis afficere:
ea moderatione habita q flagella in vindictā sanguinis
trāsire nō videanf. Sed vbi est ita grauis excessus q mor-
tem ⁊ mēbrorū detrūcationē mereaf reus sustinere reser-
uent illa potestatibus secularib⁹. Et si ep̄s h̄z iurisditionē
tēporalē: causā o sanguinis demandet ei cui hmōi compe-
tat: vt ibi dicit glo. Itē in ti. de iniu. ⁊ dā. da. c. j. d̕:. Si ris-
xati fuerint hoies: et pcusserit alter proximū suū lapide vel
pugno: ⁊ ille mortu⁹ nō fuerit: si iacuerit in lecto: q̇ pcusse-
rit operas ei⁹ ⁊ impensas in medicos restituat. Exod. xxi.
Ibidem Glo. ibi. operas amissas ⁊ impēsas in curatiōe prestabit.
Itē si q̇s aperuerit cisternā ⁊ foderit ⁊ nō operuerit eā:
cecideritcȝ bos vel asin⁹ in eā: dn̄s cisterne reddet preciū
iumētorū. Qd̕ aūt mortuū fuerit ipsi⁹ erit. ex̄ eo. ti. Glo.
ibi. si h̄ fecerit in publico: nā si in occulto vbi cōsueuerunt
fieri nō tenef. Rō primi est: q: occasionē dāni dedit. Itē
si bos cornupeta esset ab heri ⁊ nudiusterius: ⁊ nō custo-
diuit eū dn̄s su⁹: reddet bouē p boue: ⁊ cadauer integrū
recipiet. Exo. xxi. ⁊. c. ti. Glo. sup illud. nō custodierit sup.
⁊ bouē alteri⁹ occiderit tenebif: q: nō adhibuit diligētiā
Exo. xxij quā debuit. Itē si leserit q̇spiā agrū vel vineā: ⁊ dimise-
rit iumētū suū vt depascat aliena: p dāno estimationē res-
stituet. Glo. sup illud estimationē. vltra estimationē em̄
nō tenef: expellere dȝ aial qd̕ dānū dedit tanq̄ suū nō in-
cludere: cū dn̄s ei⁹ teneaf ad dānū. Itē si egressus ignis
cōprehēdat aceruos frugū: siue stātes segetes in agris:
reddet dānū q̇ ignē succēderit. Exo. xxij. eo. ti. Glo. super
reddet. Si fuerit in culpa cū ignē apposuit nec adhibuit
diligentiā quā debuit. ff. ad. l. aqui. qui occidit. alr̄ si nihil
de cōtingentibus omisit nō tenef. j. eo. ti. c. vlt. Itē in ti.
de homi. c. j. Si q̇s p industriā occiderit proximū suū: ⁊ per
insidias: ab altari meo euellas eum vt moriaf. Exod. xxi.
Glo. sup illud p industriā. secus si casu. ar. xv. q. j. si q̇s nō
iratus. Insidias. Iste talis insidiās si occidit non habet
immunitatē ab ecclesia. s. vt nō possit extrahi: qd̕ forte in-
telligitur quando hoc agit in ecclesia.

§. II. De rōne preceptoruȝ

Circa bo-
nā ordi-
nationē
ciuitatis
duo sunt
da.

iudicialiū legis moysaice q̇ ptinēt ad p̄ncipes. Pro q̄rū
declaratione dicit beat⁹ Tho. j. ij. q. cv. q circa bonā ordi-
nationē principū in aliq̄ ciuitate vel regno duo sunt attē-
denda. Quorū vnū est vt oēs habeāt aliquā partē in p̄n-
cipatu. p hoc em̄ cōseruaf pax ppl̄i: ⁊ oēs tale ordinatio-
nē amāt ⁊ custodiunt: vt habetur in. ij. Pol. Aliud est qd̕
attendif iuxta speciē regiminis vel ordinatiōis principa-
tuū: cu⁹ cū sint diuerse species: vt ph̄s tradit in. iij. Pol.
Precipue tn̄ est regnū in quo vnus principaf sm̄ v̄tutē.
Unde dicit pluralitas principatuū mala: vn⁹ g̃ p̄ncepa.
Et aristocratia. i. potestas optimorū in qua aliqui princi-
panf: pauci tn̄ sm̄ virtutē. Unde optima ordinatio prin-
cipū est in aliqua ciuitate vel regno: in quo vnus p̄ficitur
sm̄ virtutē quō oibus preest: ⁊ sub ipso sunt aliqui princi-
pantes sm̄ virtutē. tum q: talis principat⁹ ad oēs ptinet.
tum quia ex omnib⁹ eligi possunt. tum q: etiā ab omnib⁹
eligunf. Talis est optima politia bene cōmixta ex regno
inq̄ntū vn⁹ est. Et aristocratia inquantū aliq̇ principanf
sm̄ virtutē. Et ex democratia. i. potestate ppl̄i inq̄ntuȝ ex
popularib⁹ possunt eligi principes: ⁊ ad populuȝ ptinet
electio p̄ncipū: ⁊ hoc fuit institutū sm̄ legē diuinā in illo
populo iudeorū. Nā moyses ⁊ ei⁹ successores gubernabāt
ppl̄m q̄si singulariter oib⁹ principātes: qd̕ est q̇dā species
regni. Eligebanf autē septuaginta seniores sm̄ virtutē.
Unde d̕: Deute. j. Tuli de tribub⁹ vestris viros sapiētes
⁊ nobiles: ⁊ cōstitui eos principes. ⁊ hoc erat aristocrati-
cū. sed democraticū erat q isti de omī ppl̄o eligebantur.
Dicif em̄ Exo. xviij. Prouide de omī plebe viros sapien-
tes. ⁊ etiā ppl̄s eligebat. Un̄ d̕: Deuf. j. Date ex vobis vi-
ros sapiētes. Et sic pȝ q optima fuit ordinatio principuȝ
quā lex posuit. Et q̄uis ordinatio ppl̄i p̄cipue depēdeat
ex maximo p̄ncipatu. i. p̄ncipali rectore: vt dicit ph̄s i. iij.
Pol. tn̄ q: ille pplus sub speciali cura dei regebaf. Un̄ d̕:
Deu. vij. En te elegit dn̄s de⁹ tu⁹: vt sis ei ppl̄s peculiaris
Io in stitutionem summi p̄ncipis sibi dn̄s retinuit nō lex
ipa determinauit. Et hoc est qd̕ moyses petiuit Nu. xxvij.
Prouideat dn̄s deus spūm omīo carnis hoiem qui sit sup
omnē hanc multitudinē. Et sic ex dei ordinatiōe institut⁹
est Iosue in p̄ncipatu post moysen. Et de singulis iudici-
bus q̇ fuerunt post iosue legif q deus suscitauit ppl̄o sal-
uatorē. Et q: spūs dn̄i fuit in eis. vt pȝ li. iudi. De rege aūt
cōmisit ppl̄o cōstitutionē: sed sibi reseruauit electionem.
Un̄ d̕: Deute. xvij. Eum cōstitues regē quē elegerit dn̄s
deus tu⁹. Quō aūt se debeāt habere reges ⁊ alij p̄sides
ostēdit ps̄. dicens: Et nūc reges intelligite: erudimini qui
iudicatis terrā. Seruite dn̄o in timore. Regnuȝ vtiq̄ est ps̄. ij.
optimū regimē populi: q: hmōi regimē maxime represen-
tat regimē dei quo vnus mūdū gubernat: ⁊ hoc est verū
si nō corrūpaf. Sȝ pp̄ter magnā potestatē q̄ regi cōcedif
de facili degenerat in tyrānidē: nisi sit pfecta v̄tus ei⁹ cui
talis potestas ɔceditur. Perfecta aūt v̄tus in paucis in-
uenif: ⁊ p̄cipue in iudeis q̇ erant crudeles et ad auariciā
proni: p q̄ maxie hoies in tyrannidē decidūt. Et ideo dn̄s
a principio eius regē nō instituit plena potestate: sed iu-
dicē ⁊ gubernatorē: ⁊ postea regē ad petitionē populi q̄si
indignatus ɔcessit: vt patet p ea q̄ dixit ad samuelē. j. Re-
gū. viij. Nō em̄ te sed me abiecerūt ne regnem super eos.
Instruxit tn̄ a principio circa regē instituēdū. Primo de De istitu-
modo eligendi: vt sc̄ q̄n in ei⁹ electiōe expectarēt iudiciū tione re-
dn̄i: ⁊ vt nō facerent regē alterius gētis: q: tales reges so- gis.
lent parū affici ad gentē cui p̄ficiūtur: ⁊ p cōsequens pa-
rum curare de eis. Scd̄o ordinauit circa reges institutos
q̄liter deberent se habere ad seipsos. s. vt nō multiplica-
rent curr⁹ ⁊ equos ⁊ vxores et diuitias immēsas: quia ex
cupiditate horū facile p̄ncipes decidūt in tyrannidē ⁊ iu-
sticiā derelinquūt. Tertio q̄liter se deberēt habere ad deū
vt scilȝ semp legerēt ⁊ cogitarēt legē dei: vt semp essent in
timore dei ⁊ obediētia. Seruite dn̄o in timore. Instruxit
etiā qualiter deberēt se habere ad subditos: vt sc̄ nō su-
perbe contēnerent ⁊ opprimerēt ⁊ a iusticia declinarent.
Qd̕ autē dixit dn̄s ppl̄o p Samuelē. j. Reg. viij. Hoc erit
ius regis q̇ imperaturus est vobis: filios vestros toller
sibi in seruos: tribunos ⁊ cēturiones. Illud ius nō acqui-
ritur regi ex institutione diuina: sed magis ibi p̄nunciaf
vsurpatio regū: qui sibi iniquū ius cōstruunt: in tyranni-
dem degenerantes: ⁊ subditos depredantes.

§. III. De rōne ⁊ cōuenien

tia iudicialiū p̄ceptorū q̄ntū ad populariū hoim ɔuictū
illius populi. Omia em̄ talia p̄cepta inueniūtur esse sm̄
rationē ⁊ plena equitate ⁊ charitate. Et hec est intentio

legis: assuefacere hoies p eius pcepta: vt sint bñ cōicatiui adinuicē ⁊ facilr: vt sic cōseruet amicitia ⁊ pax inter eos. Uñ in cōmēdationē taliū pceptoꝝ dr: i ps. cxlvij. Nō fecit taliter omi nationi. s. deꝰ qualia fecit pplo israel: ⁊ iudicia sua. i. pcepta iudicialia nō manifestauit eis. Pro cuiꝰ declaratiōe dicit Tho. i. ij. q. cv. ar. ij. q; fm Aug. in. ij. de ciui. dei. Tullius diffiniēs qd sit pplis dicit: q; est cetus multitudinis iuris cōsensu ⁊ vtilitatis cōitate sociatus. Uñ ad rōnē ppli ptinet vt cōicatio hoim adinuicē iustis pceptis legis ordinet. Est aūt duplex cōicatio hoiꝫ adinuicē. vna q̄ sit autoritate principū. alia q̄ sit ppria vołūte priuataꝝ psonarū. Et q: volūtate vniuscuiusq; disponi pōt qđ est subditū eiꝰ ptāti: iō autoritate pncipū q̄bꝰ subiecti sunt hoies: opꝫ q; iudicia inter hoies exerceant ⁊ pene malefactoribꝰ inferant. Potestati aūt puatarū psonaꝝ subdūtur res possesse: ⁊ iō ppria volūtate in his pñt sibiīnuicē cōicare: puta emēdo/vēdendo/donādo/⁊ alijs hmōi modis. Circa cōicationē aūt lex sufficient ordinauit. Statuit eñ iudices: vt pꝫ Deu. xvj. Judices ⁊ magistros ↄstitues in oibus portis tuis quas dñs deꝰ tuꝰ dederit tibi p singulas tribꝰ tuas: vt iudicēt pplm iusto iudicio. Instituit etiā iusti iudicij ordinē ⁊ sine acceptiōe psonarū. Uñ dr: Deu. j. Quod iustū est iudicate: siue ciuis ille: siue peregrinus nulla erit psonarū distātia. Et q: iudices ad hoc inter homines ↄstituunt: vt determinēt qđ ambiguū est inter homines cū ambiguū sit duplex: q: vel apud simplices: vel etiā apud peritos ⁊ doctos: ideo vtrisq; puidit lex. Nam ad dubia cōia tollēda mandauit Deute. xvj. vt iudices ⁊ magistri ↄstituerent p singulas tribꝰ ad iudicādū pplm. Ad tollendū secūdū dubiū. s. quod est apud peritos: statuit lex vt oēs recurrerēt ad locū principalē a deo electū: in quo summꝰ sacerdos erat: q̄ determinaret dubia circa cerimonias diuini cultꝰ. Et summus iudex ppli rex vel iudex: q̄ determinaret q̄ad iudicialia: sicut etiā nūc p appellationē ab inferioribꝰ iudicibꝰ ad supiores cause deferuntur. Uñ Deu. xvij. dr: Si difficile ⁊ ambiguū apud te iudiciū esse pspexeris inter sanguinē ⁊ sanguinē: causam ⁊ causam: leprā ⁊ leprā: ⁊ iudiciū q̄ intra portas tuas sunt videris vba variari: surge ⁊ ascēde locū quē elegerit dñs deꝰ tuus. Sustulit etiā occasiones iniusti iudicij. s. p munera dū ait. Non accipiat munera. s. iudex: q: munera excecant oculos sapiētū: ⁊ puertūt vba iustorū. Deu. xvj. Quāuis eñ sit possibile duos vel tres testes in mēdacio ↄuenire: nō tñ est facile vel pbabile q; cōueniāt: ⁊ pcipue si coꝝ testimonia nō vacillēt: nec alr sint suspecti. Et ad h q; de facili testes a veritate nō declinarent: instituit lex vt diligētissime examinarent: ⁊ iō accipit testimoniū coꝝ tāq; verū. Nam in negocijs humanis fm pħm nō pōt haberi pbatio demōstratiua ⁊ infallibilis: sed sufficit coniecturalis pbabilitas fm q; rector suadet. Etiā lex instituit certas penas p certis delictis: vt. j. dicet. Circa res vo possessas optimū est fm pħm in. ij. Politi. q; possessiōes sint distincte: vt vsus sit partim cōis: partim p voluntatē possessorū cōmunicet. Et hec tria fuerūt i lege statuta. Primo eñ ipse possessiones erāt diuise p singulos. Dicit eñ Nume. xxxiij. Ego dedi vobis terrā quā sorte diuideris vobis. Et q: p possessionū irregularitatē plures ciuitates destruunt: vt dicit pħs. ij. Politi. Jō circa possessiōes regulādas triplex remediū lex instituit. Unū scꝫ vt fm numerū hoim diuiderent equalr. Uñ dr: Num. xxxiij. Pluribus dabitis latiorē: ⁊ paucioribꝰ angustiorē. Aliud remediū fuit: vt possessiones imperpetuū non alienarent: sed certo tēpore redirēt ad suos pstinos possessores: vt. s. nō ↄfunderent sortes possessionū. Sic ḡ ↄcessit lex vt necessitatibꝰ occurrētibꝰ possent sibi hoies puidere q; ad certū tps alienari possent. Sed ne ↄfunderent sortes tribuum in iubileo saltē oportebat q; reuerterent ad priores possessores. Excipiebant domus vrbane: q: imppetuū poterant vendi. Et rō est. q: nō erāt domꝰ ita sorte distincte vt possessiones. Tertiū remediū erat ad tollēdū hmōi ↄfusionē: vt pximi succederent morientibꝰ. Et pmo q̄dē gradu filiꝰ. scđo filia. tertio fratres. q̄rto patrui. q̄nto q̄cunq; ppinq. Et ad distinctionē sortiū ↄseruād i vlteriꝰ lex statuit vt mulieres que sunt heredes nuberent hoibꝰ sue tribus: vt habet Nume. xxxvj. Nō aūt statuit lex q; mulieres succederēt in bonis paternis: nisi in defectu masculorum. Tūc aūt fuit necessariū vt mulieres succederēt in ↄsolationem pris: cui fuisset graue q; ad extraneos hereditas deuolueret: sed vt dictū est: nō poterāt nubere nisi i tribu sua. Scđo statuit lex vt q̄ntū ad aliq̄ vsus rerū eēt cōis. Et pmo q̄ntū ad curā. Preceptū est eñ Deute. xxij. Nō videbis bouē fratris tui aut ouē errantē ⁊ pteribis: sꝫ reduces fratri tuo: ⁊ sic de alijs. Scđo quantū ad fructū. Cōcedebatur eñ ↄuenienter quantū ad oēs: vt ingressus in vineā amici posset comedere licite nō aūt ex̄ ferre. Intēdebat eñ lex assuefacere hoies: vt sibiīnuicē de facili sua cōmunicarēt. Nō aūt ē de facili suoꝝ cōicatiuꝰ: q̄ nō sustinet q; pximꝰ modicū q̄d de suo accipiat absq; magno detrimēto: secꝰ aūt cū magno dāno. Et iō pħibebat lex ex̄ portare: sꝫ nō in vinea comedere. Quātū aūt ad paupes mādabat lex vt relinquerent manipuli obliti: ⁊ racemi remanētes in ipsis: vt pꝫ Leui. xix. ⁊ Deu. xxiiij. Tertio statuit lex cōicationē factā p eos q̄ sunt dñi rerū. Et vnā q̄dē cōicationē pure gratuitā. vñ dr Deu. xiiij. Anno tertio separabis aliā decimā: ex oibus q̄ nascunt tibi eo tpe ⁊ repones itra ianuas tuas veniet q; leuites q̄ aliā nō hꝫ ptē nec possessionē tecū: ⁊ peḡrinꝰ ac pupillꝰ ⁊ vidua q̄ intra portas tuas sunt: ⁊ comedēt ⁊ saturabunt. Aliā vo cōicationē cū recōpēsatiōe vtilitatis: sicut p emptionē/vēditionē/locationē/mutuū/depositū: de q̄bꝰ oibꝰ inueniunt ordinationes i lege. Intētio legis erat: vt sibiīnuicē hoies i necessitatibꝰ de facili subuenirēt: q: h est maxime amicitie fomētū. Et hāc facilitatē subueniēdi nō solū statuit i his q̄ gratis ⁊ absolute donant: sꝫ etiā in his q̄ mutuo ↄcedunt: q: hmōi subuētio frequētior est ⁊ pluribꝰ necessaria. Hmōi aūt subuētiōis facultatē multiplr instituit. Primo q̄dē vt faciles se pberēt ad mutuū exhibēdū: ⁊ ne a tali retraherēt se āno remissiōis appropinquāte: vt hr Deu. xv. Scđo ne eū cui mutuo ↄcederēt grauarēt: vel vsuras: vel etiam aliq̄ pignora oīno vite necessaria accipiēdo. Et si accepta fuerint q; stati restituerent. Dicit etiā Deu. xxiij. Nō fenerabis fratri tuo ad vsurā. Et. xxiiij. Non accipies loco pignoris inferiorē ⁊ supiorē molā: q: aiam suā apposuit tibi. Et Exo. xxij. dr. Si pignꝰ a pximo tuo acceperis vestimētū: ante solis occasum reddes eis. Tertio vt nō importune exigerēt: vt dr Exo. xx. c. Si pecuniā mutuo dederis populo meo paupi q̄ habitat tecū: nō vrgeb eū q̄si exactor. Et pp h etiā mādat Deute. xxiiij. Cū repetes a pximo tuo rē aliquā quā dꝫ tibi: nō ingredieris domū eiꝰ vt pignꝰ auferas. Quarto instituit q; in septimo anno debita penitus remitterent. Probabile eñ erat q; illi q̄ commode reddere possent añ septimū annū redderēt: ⁊ gratis mutuātes nō defraudarēt: si aūt oīno impotētes essent eadē rōne erat eis de nouo dādū pp indulgētiā. Circa vo aialia mutuata h lex statuit: vt pp negligētiā eius cui mutuata sunt si in ipsiꝰ absentia moriant vel debilitētur reddere ea cōpellat. Si vo eo pñte ⁊ diligēter custodiēte mortua fuerit vl debilitata: nō cogebant restituere ea: ⁊ maxie si erāt mercede cōducta: q: ita etiā potuit mori seu debilitari apud mutuātē. Hoc obseruādū erat q̄ñ aialia erāt mercede ↄducta: q: tūc habebat certū pciū p vsu aialiū: vñ nihil accrescere debebat p restitutionē aialiū: nisi pp negligentiā custodiētis. Et q: hec est dñia iter mutuū ⁊ depositū: q: mutuū tradit in vtilitatē eiꝰ cui tradit: sꝫ depositū i vtilitatē deponētis. iō magis arctabat aliq̄s in certis casibꝰ ad restituēdū mutuū q; ad restituēdū depositū: quia de maiori negligentia tenebatur is qui recepit mutuū q; depositarius qui nō tenebatur nisi de furto

Aug⁹. li. ij. đ ciui. dei. c. xxj. Cōicatio ppli legꝫ pceptis ordinanda est.

Hoc pñti. §. circa mediū.

Nota de distictione possessionū

Triplex remediū ponitur circa possessiones regulandas.

Deute. xxiij.

De aialibus mutuatis et ↄductis.

De penis pro delictis. vt patz Exod. xxii. De penis que inferebant p iudicialia precepta legis p diuersis delictis. Nota fm Tho. vbi. s. q nō solū pter grauitatē culpe: sz etiā pter alias causas grauis pena infligit. Primo qdē pter qntitatē pcti: qr maiori pctō: ceteris paribus: grauior pena debet. Secūdo pter pcti cōsuetudinē: qr a peccatis cōsuetis nō faciliter hoies abstrahunt nisi per graues penas. Tertio pter multā cōcupiscētiā vel delectationē in pctō: ab his etiam nō de facili hoies abstrahunt: nisi pter graues penas. Quarto pter facilitatē cōmittēdi pctm z latēdi in ipso. Hmōi etiā pctā que manifestant sunt magis puniēda ad aliorz terrorē.

De quadruplici gradu peccati. Circa etiā ipam qntitatē pcti quadruplex gradus est attēdēdus etiā circa vnū z idē pctm. Quorū primus est qn inuolūtarius peccatū cōmittit. Tūc em̄ si ois no est inuolūtarius totaliter excusat a pena. Dicit enim Deute. xxii. q puella q oppimit in agro nō est rea mortis: qr clamauit: z nemo affuit q liberaret eā. Si vo aliq mō fuerit volūtarius: sed tñ ex infirmitate peccat: puta cum aliqs peccat ex passione minuit pctm: et pena fm veritatē iudicij diminui debz: nisi forte pter cōem vtilitatē pena aggrauet ad abstrahendū hoies ab hmōi peccatis: sicut dictū est. Secūdus gradus est qn aliqs p ignorātiā peccauit: z tunc aliq mō reus reputabit pter negligentiā addiscēdi. sed tñ nō puniet p iudices: sed expiabit pctm suū p sacrificia: vt dr Leui. iiij. c. Anima q peccauerit p ignorātiam zc. Sed hoc intelligendū est de ignorātia facti non aūt de ignorantia pcepti diuini: qd oēs scire tenent. Tertius gradus est qn aliqs ex supbia peccabat. i. ex certa electione: vel ex certa malicia: z tūc puniebat fm quātitatē delicti. Quartus aūt gradus est qn p ptinaciā z ptinaciā peccabat: z tunc quasi rebellis z destructor ordinationis legis oīno occidēdus erat. Et fm hoc dicēdū est q in pena furti ɔsiderabat fm legē id qd freqnter accidere poterat: z ideo p furto et aliarū rerū que de facili custodiri

Exo. xxii. possunt a furibus nō reddebat fur nisi duplū. Oues autē nō de facili possunt custodiri a furto: qr pascunt in agris: ideo freqntius ɔtingebat q oues furto subtraherent: vñ lex maiorē penā apposuit: vt. s. quattuor oues p vna oue redderent. Adhuc aūt boues difficilius custodiunt: qr habentur in agris z nō ita pascunt gregatim sicut oues: z ideo adhuc ibi maiorē penā apposuit: vt. s. qnqz boues p vno boue redderent. Et hoc dico nisi forte idē aīal inuentum fuerit viuēs apud eū: qr tūc solū duplū restituebat: sicut in ceteris furtis. Poterat em̄ hri psumptio q cogitaret restituere ex quo viuū seruasset. Et nota fm Aug. xxi. de ciui. dei. c. xi. q Tullius posuit octo genera penarū esse in legibus: videlz dānū/vincula/vbera/talionē/ignominiā/exi-

Ibidem liū/mortē/z seruitutē. Ex qbus aliqua in lege sunt instituta. Damnū qdē scz cū fur cōdemnabat ad qntuplū vel qdruplū. Vincula vo sicut Nume. xv. mādat de quodā q in carcerē icluderet. Verbera. sicut Deu. xxv. Si eū q peccauit dignū viderint plagis psternēt corā se z faciēt verberari. Ignominiā etiā inferebat illi q nolebat accipe vxorē fratris sui defūcti qr tollebat calciamēta illius z spuebat in faciē eius. ibidē. Mortē etiā inferebat: vt patet Leui. xx. Qui maledixerit patri suo aut matri: morte moriat. Penā em̄ talionis lex induxit dicens Exo. xxi. Oculū p oculo: dentē p dente.

In duobus casibus pena seruitutis inducitur. Penā autē seruitutis induxit in duobus casibus. In vno qdē qn septimo āno remissiōis ille q erat seruus nolebat bnficio legis vti: vt liber exiret/vñ p pena ei infligebat: vt in ppetuum seruus remaneret. Exod. xxi. z Deu. xv. Scdo īfligebat furi qn nō habebat qd posset restituere: sicut hr Exod. xxii. Penā aūt exilij vniuersalr lex nō statuit: qr ī solo pplo israelitico deus colebat: oibus aliīs pplis p idolatriā corruptis. Vñ si qs a pplo illo vniuersaliter exclusus eēt: daret ei occasio idolatrie. Et iō. j. Reg. xxvj. dr: q Dauid dixit ad Saul. Maledicti sunt in cōspectu dñi qui eiecerūt me hodie vt nō inhabitem in hereditate domini dicentes. Vade serui dijs alienis. Erat autē

aliquod particulare exiliū. Dicit em̄ Deu. xix. c. q q pcusserit primū suū nesciēs: z nullū erga ipsuz habuisse odiū cōprobat: ad vnā vrbiū refugij cōfugebat vsqz ad mortē summi sacerdotis. Tunc em̄ licebat ei redire ad domum suā: qr in vniuersali dāno populi consueuerūt pticulares ire sedari: z ita primi defuncti nō sic pni erant ad eius occisionē. Penā aūt mortis lex infligit in maioribus criminibus scilz in his q sunt ɔtra deū in homicidio: z in furto hoim z in irreuerētia ad parētes: z in adulterio: z incestibus. In furto aūt aliarz rerū adhibuit penā dāni. In pcussuris et in mutilationibus induxit penā talionis. In aliīs minoribus culpis penā flagellationis: z ignominie.

§. IIII. De iudicialibus preceptis que recipiūt extraneos.

obligatiōe pignoris nō veniūt vxor ⁊ alumni: ⁊ q̄ q̄s verisilit̄ nō est credēdus obligasse sp̄aliter. Et no. q̄ nō solū in obscuris inspicim⁹ id qd̄ est verisilē: sed etiā in gñalib⁹: vt hic in regula. Si querat̄ q̄ sunt illa q̄ verisilit̄ nō dicent̄ in specie cōcessisse. Rñ. hoc cognosci ex impossibili vel inhumana vel dura separatione: vt puta ministeria artis sue: vel q̄ ad effectionem ꝑtinent: generali obligatione nō veniunt ff. de pigno. l. obligatione. Et no. q̄ ex hac regula v̄bū generale restringi. ad idē de rescrip. c. ij. lib. vj. Item facit hec regula de eo qui generaliter tenet̄ aliquē ꝯtra oēs iurare. Nūquid ꝯtra se vel filios. Et no. de hoc. xxij. q. v. de forma. in glo. Joh. an. Hec regula multum facit ad autoritatē q̄ datur a prelatis suis inferioribus. Nam s̄m doctores: si dicat ep̄s his quib⁹ dat licentiā audiendi confessiones: ego cōcedo autoritatē meā. Ex ista generali cōcessione nō intelligun tur concessi casus reseruati sibi: nisi ip̄e specificet. Et si cōcedit casus sibi reseruatos nō videtur ex hoc concessisse absolutionem ab excōicatione: aut dispensationes in votis. Et ideo ista in speciali sunt petenda.

Infamibus porte nō pa-

Ubi. s.

teāt dignitatū. Hec reg̃la videt̄ sumpta. C. de digni. l. ij. et lib. xij. vbi dicit lex. Neq̄ quos ifamia ab honestorū cetu segregat dignitatis porte patebūt. Pone casum p̄ canones di. lxxxj. tantis daniel. ⁊ de excel. ꝑla. inter dilectos. Ad idē

di. xxiij. laici. vbi d: q opinio ordinādi vacillare nō debet.

infamia qd sit.

De infamia aūt qd sit τ quō ꝯtrahat. τ de multiplici ei⁹ gñe: dic vt no. iij. q. vij. §. tria. ꝟ. porro ifamia. Et qd dicit hec regula de dignitatib⁹. intelligas de eccl'iasticis τ secularib⁹.

Infamis nō pōt eē iudex. s; arbiter.

Infamis eñ iudex esse nō pōt. iij. q. vij. infamia. Bene tñ esse pōt arbiter. iij. q. vij. tria. ꝟ. cognitores. Sed an ꝓcurator possit esse: quere no. di. l. accedens. τ. iij. q. x. c. vl. Jo. an.

Infamis corā deo

Infamis est corā deo τ curia celesti quilibꝫ pctō: in mortali cōstitutus. de pe. di. j. ecclesia. Vñ in ipo ꝑseueranti nō patēt porte dignitatū regni celestis: in quo sunt oēs reges τ sacerdotes. vt dicitur in Apoc.

Vbi. ā.

Locupletari nō debet ali

quis cuꝫ alteri⁹ iniuria vel iactura. Hec regula sumpta est ex. l. ff. e. ti. l. in iure nature. pone casuꝫ. xvij. q. v l. c. vlt. Vbi dic̄ Aug. q q vult eccl'iaꝫ facere heredē toti⁹ sue sube: exheredato filio nō vult ipe recipe talē hereditatē. τ tūc iducit exēplū aurelij carthaginēn̄. epi. Itē de dona. aplice sedis. vbi nō dicat monasteriū cū iactura cathedralis eccl'ie. Cōcor. di. xcix. ecce. τ. xij. q. ij. bone rei. xj. q. iij. si qs . ij. q. ij. primū. τ iō ꝓuilegiū interꝑtamur ne alteri enorme ꝑiudiciū inferat. de ꝟb. sig. qd ꝑ nouale. ix. q. iij. nūc vo. τ. xxv. q. ij. de eccl'iasticis.

Fallit regula.

Hec regula fallit in ꝓscriptioib⁹. τ vsucapioib⁹. vt ꝑ te vides. τ in exceptioib⁹ nō numerate pecunie: q si infra debitū tps nō opponit: locupletat petens cū aliena iactura. C. de nō nu. pe. l. in ꝯtrib⁹. Itē in expēsis factis in re aliena. ff. de doli excep. paulus.

Priuilegiū non dꝫ alteri inferre enorme ꝑiudiciū

Sꝫ vbi est autoritas iuris. nō pōt dici iniuria. xxiij. q. iiij. q peccat. Dicit eñ iniuria qsi cōtra iura. Vr ergo dicat iniuria vel iactura: expone vl'ꝑ τ. sic. lxxvij. di. c. j. Queri solet si licet aliqd in meo facere ex quo alij nocumētū sequit. Rñ. Aut immitto vel op⁹ facio i alienū τ tunc nō licet. ff. si ser. vē. l. sicuti. §. arist. τ. l. testatrix.

Iniuria dici non pōt vbi ē iuris autoritas.

Aut nec immitto nec op⁹ facio in alienū. Et tūc aut id dolo facio: vt noceā alteri: τ tūc ꝓhibeor. Aut nō dolo facio: sꝫ solū eo ꝓposito vt mihi prosim: lꝫ ꝑ id alteri noceat: τ tunc nō ꝓhibeor. ff. de aq̄ plu. ar. l. j. Et qd dicit hec regula iactura: itelligas enormi. Nā ꝓuilegiū bñ affert iacturā: lꝫ enormē inferre nō debeat. De h. xxv. q. ij. rescripta. τ de ꝟb. sig. olim. Jo. an.

Exo. xij.

Extēde. pharao locupletari voluit cū iniuria ppl'i israel: sed punitus fuit: qd aūt ppl's israel fuerit locupletatus cum iactura egyptiorꝫ: quorꝫ vasa mutata asportauit. non fecit cum iniuria. sed se recōpensando de damnis eis datis: sicut modo liceret alicui⁹ bona retinere tantundem quantum habet de suo. Item quia mandato domini hoc egit cuius sunt omnia. xiiij. q. v. dixit dñs.

Vbi. ā.

Mora sua cuilibet est noci

ua. Hec regula sumpta est ex lege. ff. e. ti. in ꝯdēnatiōe. Pone casuꝫ in eo q est in mora soluēdi decimas: q: ꝑeūt ꝑiculo suo. etiā in casu fortuito. xvj. q. j. decime. Itē in cōmodatario vel depositario q fuit in mora. de cōmo. c. j. de depo. bona fides. Itē in fure q statim est in mora. C. de fur. subtracto.

Morosus qdicatur.

Circa hāc regulā no. q ad h q dicat qs morosus reqrit q sciat se debere vl' scire debeat q interpellat⁹ fuerit a dic vel hoie: τ q habuerit possibilitatē dandi: hec habes ff. de re. credi. l. qd re. τ tūc tenet morosus de casu fortuito etiā si res fuisset peritura apud dñꝫ eodē mō: fm Accur. lꝫ mar. ꝯ. vt no. in. d. l. qd re. Fortassis eñ dñs rem vēdidisset τ apud aliū perisset: τ hoc tenet Ber. Vnū no. q si debitor ꝑmo fuit in mora soluēdi: τ postea creditor in mora recipiēdi vel ecōuerso: vltima mora nocet. ff. de vsu. debitor. De mora aūt τ multiplici ei⁹ effectu plene notat. ff. de vsu. l. mora.

Multiplex mora τ eius effectus

Sed nūquid mora semel cōmissa purgari pōt? Videtur q nō. xij. q. ij. longinqtate. τ. xx. q. ij. puella. τ de elec. cū in cunctis. In ꝯtriuꝫ q possit purgari: videt. xviij. dist. c. j. vbi de hoc. τ di. c. qm̄. τ de supplē. negli. prela. fras. So. dic q vbi dies ꝑfigit a canone vel lege penā imponēte: mora purgari nō pōt. pena eñ semel cōmissa nō purgat: τ sic intelligunt priora iura τ hec regula. Et hoc est verum nisi eadeꝫ lege vel canone caueat in eo casu posse purgari moram τ penā euitari: τ sic intelligunt ꝯtraria. pena ergo semel cōmissa nō purgat: nisi forte fingeret nō fuisse in mora. ij. q. vj. biduū. Sicut eñ a pena canonis non appellat. de appel. cōsuluit. iij. lib. vj. Joh. an.

Ampliatur regula.

Ista regula pōt multum extendi τ vtiliter. Est eñ nociua mora in suscipiēdis sacramentis ꝓpter varia pericula q possunt ꝯtingere: precipue baptism⁹. maxime necessarius. dis. v. baptizari. Silr in administrandis quoad dantes: ne interueniente modica mora inueniri nō possint q redimant. dist. v. baptizari. Silr i restituēdo vitāda est mora. al's si valet grauiter peccat. fm Tho. Silr in ꝯtritione habēda de mortalib⁹ quorū nondū penituit al's cuꝫ recordat peccat mortaliter. Tho. Propter qd d: Eccl'i. v. Nō tardes ꝯuerti ad dñm τc. Silr ad benefaciendū τ subueniēdū necessitatib⁹ aliorꝫ. Mat. xxv. Morā faciēte sponso: q nō se preparauerūt virgines clausa est ianua. Et coruus habēs vocem ꝑcrastinationis non redijt ad arcā. Et Leuite qui fuit morosus in recedendo a socero superuenit matinū scandalū in vxore constuprata: vt habet in lib. Judicum. xix. c.

gen. viij.

Vbi. ā.

Mutare consiliuꝫ quis nō

... in alteri⁹ detrimētū. Hec regula sumpta est ex. l. ff. eo. ... nemo pōt. Pone casum in electiōe. viij. q. ij. dilectissimi. τ de ele. publicato. vbi habet q publicato scrutinio electores nō pnt mutare vota sua ad aliū eligēdū si regulariter vnus est a maiori pte electus: τ hoc q: fieret iiuria electo. Itē in eo q circa seruitutē alicui⁹ iuri suo cessit: q mutari nō pōt: lꝫ socij ei⁹ nōdū cesserint. ff. de ser. ru. predi. l. ꝑ fundū. τ. C. de nego. gest. l. vlti. Illa igit regula infra. qd semel placuit intelligit fm istā: qn. s. ex mutatione volūtatis vel placiti alteri impedimētū vel detrimentū affert: vt ibi dicetur. Et fallit in casib⁹ ibi notatis.

Fallit regula.

Item fallit in suo herede abstinente vel repudiāte. q re adhuc in eodē statu manente: pōt adire: vel tps ad deliberādū petere. C. de repu. here. l. vlt. Joh. an. Sic τ cū qs donat aliqd vel dat. nō dꝫ reuocare. Si cōtraxit cū aliquo sponsalia nō debꝫ mutare nisi interueniat casus in quo liceat mutare. de quo. j. in. iij. parte. ti. j. Dauid postq̄ ꝓmisit dare regnū salomoni: non mutauit consiliū. Saul q ꝓmiserat dare filiā ... in vxorem: τ mutauit consiliu male fecit. Samson: q: soceri sui mutauerūt consiliuꝫ in eius detrimentū dantes sponsam suā alteri: inde fecit multa mala philisteis.

iij. reg. j. j. re. xviij Judi. xv

Vbi. ā.

Nō est in mora qui potest

exceptiōe legitima se tueri. Hec regula sumpta est ex. l. ff. eo. ti. nulla intelligit. Pone exēplū in dño q nō reqsiuit seruū suū fugitiuū infra triēniū monachū factū. Dicit eñ fuisse in mora. Qd est verū: nisi posset se tueri exceptiōe legitima: puta lōginqtatis loci. xvij. q. ij. si qs incognit⁹. Et no. q vt dixi in regula. mora. ad hoc vt dicat qs morosus necesse est q sciat vel scire debeat se debere. Sꝫ ille qui est tutus exceptione legitima nescit se debere vel nescire dꝫ: ergo nō est in mora. Itē nota q dicit exceptione legitima: q est cū est obligat⁹ iure naturali vel ciuili. Sed obstat exceptio: puta pactū de nō petendo vel filiis. Vel est obligat⁹ iure naturali tñ: τ facit qd circa indebitū no. j. q. iiij. in fi.

exceptio d: legitima q nō elidit replicatōe

Et intelligit illa exceptio legitima q replicatiōe nō elidit. Pone exēplū. Debebas mihi decē: feci tibi pactū de nō petendo: sed ꝑ metū vel tpe furoris hoc feci: tūc exceptio pacti nō est legitima: q: elidit replicatione furoris vel metus: τ ideo diceris in mora fuisse. Joh. an.

vbi. ā.

Nemo pōt ad impossibi

le obligari. Hec regula sumpta est ex. l. ff. eo. ti. l. ipossibiliū Scire debes q impossibilitas est triplex: iuris: facti: τ nature. De pma pone casum. dis. liiij. abbati. vbi d q abbas nō pōt seruū facere liberum. s. de iure. q: nil hꝫ ꝓpriū. De scda. ff. de ꝟb. ob. l. gñaliter. Nō eñ tenet ꝓmissio: si ꝓmisi

Impossibilitas ē triplex.

ro tibi q̄d est ipossibile de facto: vt montes alpiū vltra mare deferre. ⁊ si Bononie ꝯstituat᷒ ꝓmitto me hodie tibi daturū centū rome: q̄: ipossibile est ꝓmissum nō nascat᷑ obligatio. vt hic in regula. ⁊ est expressum. insti. de ĩv̄b. ob. §. loca. ꝑterq̄ in casu. ff. de v̄b. ob. l. vlt. De tertia. Si dare ꝓmitto q̄d natura dari est ipossibile: vt solē lunā ⁊ stellas: vel facere q̄d natura est ipossibile fieri: vt celū ascēdere: vel digito tangere. ff. de v̄b. obli. l. si stipuler. Huiꝰ regule rō satis p3: q̄: oīs obligatio actionē parit. Sed q̄d nō est necesse pōt: obligationē parere nō pōt: ⁊ sic nec actionē. Item actio est ius ꝓsequēdi in iudicio: q̄d nobis debet᷑. debere aūt est de alio habere. Sed q̄d nō est necesse pōt de alio haberi non pōt. ergo ibi nō est actio ⁊ sic nec obligatio. Et no. q̄ hec regula h3 locū in matrimonio ⁊ vltimis volūtatibꝰ: ⁊ singulis ꝯtractibus: in sententijs ⁊ preceptis. Itē in legibꝰ ⁊ ꝯstitutionibus q̄ debēt esse possibiles. dist. iiij. erit. Est t̄n in hoc d̄ria: q̄: ipossibilis ꝯditio apposita in ꝯtractu vitiat ꝯtractū. insti. de inuti. stipu. §. ipossibilis. In testamētis aūt ⁊ matrimonio ob fauorē ipoꝝ habet᷑ pro nō adiecto. de ꝯdi. appo. c. vlt. Et q̄d dicit hec regula de impossibili intelligas etiā de turpi. de quo dicet᷑ etiā. j. nō est obligato: iū. Notant Gof. ⁊ Host. in decre. cū dilecti. de do. ⁊ cōtu. q̄ si iudex citet aliquē eo die quo impossibile est eū cōparere: q̄ nō est oīno inutile mandatū. imo l3 nō teneat᷑ cōparere illa die ꝓpter impossibilitatē: tenet᷑ t̄n cōparere post diē. Et pōt esse rō huiꝰ: q̄: principale est ibi q̄ veniat. accessoriū aūt q̄ tali die veniat. principale aūt nō vitiat᷑ ꝓpter accessoriū: s3 ecōtra. Jo. an. Et ex hac regula pōt trahi q̄ si pater filio: dn̄s seruo: vir vxori: prelatꝰ subdito precipiat illicita: non obligat᷑ ad faciendū illud: q̄: impossibile est de iure. xi. q. iij. si dn̄s. ⁊. c. si is q̄ preest. Dicit em̄ lex. Illud possumꝰ q̄d de iure possumꝰ. Ad hoc etiā. xxij. q. ij. faciat. Non debz ergo obedire. sicut nec petrus principibꝰ sacerdotū ꝓhibentibꝰ sibi predicationē. Sed hūiliter se excusare: vt fecit asina Balaā in figuram huius. q̄d habes. ij. q. vij. §. item cum balaā. Cum em̄ precipiunt᷑ plura impossibilia nō tenentur. Tho.

Obligatio parit actionē.

Actio q̄d sit.

Act. iiij. ⁊. v.

Nūe. xxij

Non est sine culpa qui rei

Vbi. s.

q̄d ad eū nō ptinet se immiscet. Hec regula sumpta est ex. l. ff. e. ti. l. culpa. Pone casum i clerico iaciēte lapidē. di. l. clerico. ⁊ de monacho chirurgico. de homi. tua. ⁊ in ceco sagittāte. xv. q. j. vt itaq̄. ibi de Lamech ceco sagitta occidēte Cayn. Si hec regula vera est: g̃ culpa ē gerere aliena negocia. et sic est ꝯ. ff. de neg. ges. l. ij. xxij. q. iiij. si ad perm̄. So. Officiū hoc d3 hō hoi. xxij. q. iiij. c. ij. Et no. q̄ ꝓprie loquēdo inter deū ⁊ hoīes est religio. xxij. q. iiij. vnusquisq̄. inter prelatū ⁊ subditū obediētia. ij. q. vj. q̄ se scit. Inter maiorē ⁊ minorē reuerētia. di. xciij. ꝑ totū. Inter patrē ⁊ filiū dilectio. v. q. v. nō osculat᷑. Inter ꝯsanguineos pietas. Inter dn̄s ⁊ seruū seruitiū. Inter patronū ⁊ libertū obsequiū. Inter hoīem ⁊ hoīem officiū. Nō igit᷑ pōt dici ad eū nō ꝑtinere. Exēplificare etiā potes hanc regulā in imperito medico ⁊ in iudice qui ꝑ imperitiā male iudicauit qui tenet᷑ actione in factū: inquantū religioni iudicantis videbit᷑ equū. ff. de va. ⁊ errō. cogni. l. si iudex. q̄: impiria culpe imputat᷑. j. q. j. non est putāda. Si ergo est in culpa se imiscēdo: ergo tenet᷑ de casu: q̄: semꝑ si culpa casu3 preuenit tenet᷑ quis de casu. de homi. presbyterū. Jo. an. Sic laicus iudex iudicādo clericos malefactores nō euadit culpā: nec etiā excōicationem si faciat capere: incarcerare: ⁊ hmōi: de sen. excō. vt fame. vis si de licentia suoꝝ prelatoꝝ. Rō est: q̄: nō ꝑtinet ad eu3: de quo. j. in. iiij. parte. ti. j. Sicut qui se intromittit de officio alterius. Vn̄ Ozias rex qui voluit incensum offerre in templo ꝑcussus est lepra. ij. Paral. xxvj. Sic ad subditos non pertinet reprehendere facta prelatoꝝ temerarie. vn̄ in figuram Oza qui tenuit arca3 dei inclinatā percussus est. Expositionem figure habes. ij. q. vij. plerūq̄. Sic ignorans confessor male facit. dist. xxxviij. c. j. ⁊ sequen. ⁊ de peni. dist. j. quem penitet. ⁊ eo. dist. vj. c. j.

Religio est inter deum et hoiem.

Obediētia inter p̄latū et subditū.

ij. reg. vj.

Nō firmat᷑ tractu tēporis

Vbi. s.

q̄d de iure ab initio nō subsistit. Hec regula sumpta est ex. l. ff. e. ti. q̄d ab initio. Pone casum. j. q. j. principatus. vbi nō ꝯualescat simoniacus ingressus. Ad idē insti. quibꝰ nō est ꝑmis. fa. te. §. preterea. vbi testamētū furiosi vel ipuberis nō valet: l3 postea efficiat᷑ maior vel sane mentis. Lōcor. ad h. xvj. q. iij. §. pōt. Nota ergo ex hac regula principiū spectādū. alibi habes de fine. Sed ꝓsequere hoc Brochardū vt no. de elec. dudū. Item nota q̄ a principio nullū est ipo iure tractu tp̄is nō cōualescere. Secus aūt si nō esset nullu3: sed annullādū. de postu. bone. ij. ⁊ de elec. q̄ sicut. Expresse cōtra. xij. q. ij. si qua de rebꝰ. xvj. q. j. c. vlt. de his que fi. a prela. cū nos. ff. de ri. nup. si quis. In oībus his dicit᷑ q̄ cōualescit q̄d a principio nullū erat. Sol. Dic generaliter ad oīa supradicta: q̄ illud q̄d ab initio nullū est nō firmat᷑ solo tractu tp̄is: vt hic in regula. Sicut em̄ tēpus nō est modus inducende obligationis. x. q. iij. q̄: cognouimꝰ. nec tollende. de prescrip. causam. sic nec reparande: vt hic: sed nouo subsequenti cōsensu. Interdū tacito: interdū expresso sublata causa ipedimenti bene vt ꝑ ꝯ̄ria ꝓbat᷑. Probatur hoc optime de despon. impu. c. j. lib. vj. Valent ergo ex subsequenti cōsensu exnunc: nō vt extunc. In electione tamen s̄m Her. si nulla est ex subsequenti cōsensu nō cōfirmatur. de elec. auditis. Solutioni ꝯtradicit de eo qui duxit in matrimoniū quā pol. per adul. c. ij. vbi matrimoniū cōtractū cum secūda viuente prima: mortua prima ex nouo consensu cōfirmari nō potest. Sol. Illud est propter impedimētum perpetuū. s. adulteriū cum sponsalibꝰ de facto. vt eo. ti. c. vlt. Illa ergo que de necessitate desiderant initiū: vel que ideo nō valent: q̄: subest in eis perpetuū impedimentum: nec tractu tp̄is: nec nouo subsequenti consensu cōfirmantur. vt hic ⁊ ibi. Sed ⁊ ea q̄ de necessitate nō respiciūt initiū: nec subest in eis ꝑpetuū: sed temporale impedimētum: etsi nō solo tractu tp̄is cōfirmantur: vt hic in regula. tamen nouo subsequenti cōsensu: interdū tacito: interdu3 expresso: sublato impedimento bene: vt in contrarijs Jo. and. Ex hac regula etiam sequitur q̄ id quod est contra ius naturale vel diuinum per longam consuetudinem nō iustificatur. dist. viij. per totum.

Principiū spectandū.

Nullus vti pluribꝰ defen-

Vbi. s.

sionibꝰ ꝓhibet᷑. Hec regula sumpta est ex. l. ff. e. ti. l. nemo. Pone casum. xiiij. q. j. q̄squis. vbi negat Augu. q̄d dicebat Vincē. eū facere: dicēs q̄ posito q̄ id verū esset: id faciat ex cā. ⁊ de ꝑscrip. auditis. vbi allegat᷑ exceptio ⁊ ꝑscriptio. C. de trāsac. interpositas. vbi d: trāsactionē nō tenere: tū q̄: metu interposito: tū q̄: facta cū seruo proprio. Et q̄d dicit regula defensionibꝰ: intelligas etiā ꝯ̄rijs. xxiij. q. ij. in principio. vbi de hoc. nisi forte spāliter ius impediat. Impedit em̄ ius interdū ꝯ̄rias defensiones ꝓponi. Pone casu3. Lōuictus de mendacio in eo q̄ negat pecuniā numeratā non pōt dicere se soluisse. C. de nō nu. pe. aut. ꝯ q̄ ꝓpriā. ⁊ plures alij casus hic ponunt᷑. ibi vide. Duas aūt electiōes q̄s ꝓsequi nō pōt simul: nec vna electa redire ad aliā. de elec. vt q̄s. li. vj. An aūt pluribꝰ actionibꝰ simul vti possit no. xiij. q. ij. in prin. ⁊ ꝑ Inno. ⁊ Host. de resti. in inte. cōstitutꝰ. Itē an ꝯ̄ria allegās audiat᷑. videtur q̄ nō. xiij. q. vij. q̄ aūt. ⁊ de ap. solicitudinē. Circa hoc nota q̄ quidā dixerūt indistincte allegantē contraria nō audiri. Alij dixerūt vt Gof. hoc verū in actore: ⁊ in eadē instātia iudicij. Nā secus in diuersis. in reo aūt nō h3 locū. Alij dixerūt q̄ nō audit᷑ ꝯ̄ria allegans in eade3 instantia iudicij: sed secus in diuersis. Alij dixerūt q̄ sub ꝯditiōe licet ꝓponere ꝯ̄ria: puta ꝓpono talē exceptionē in qua si succubuero: extunc ꝓpono talem. facit de excep. cū venerabilis. Verius dicas q̄ aut sunt ꝯ̄ria q̄ ꝓponunt᷑ ex ꝑncipio aut ex fine. Si ex ꝑncipio sunt ꝯ̄ria sed ad vnū finem tendunt. pone casum de prescrip. auditis. ⁊. c. cum olim. tunc ꝓponi possunt in eade3 instantia: ⁊

An allegās ꝯ̄ria audiat᷑.

vnū nō p̄iudicat alteri: si autē ad finē contrariū tendunt. Pone casum de appel. sollicitudinē. tūc simul vel in eadē instātia non p ponunt: nec credas q in illa decretali. ve niens. de prescrip. priuilegiū in eo q priuilegiū fit ꝯtrariū prescriptioni in eo q prescriptio: sed ꝯtrario: priuilegij erat contrarius prescriptioni. Jo. an.

Vbi. s̄.

Non debꝫ aliquis alteri⁹

odio p̄grauari. Pone casum in filio q̄ nō excōicat p pctō patris. xxiiij. q. iij. si habes. Itē in cōpromittētib⁹ qui non puniunt dolo cōpromissarij. de elec. si cōpromissari⁹. li. vj.

Sed ꝯtra di. lix. neminē. vbi modū ordinantis deponit ordinat. sꝫ ibi nō solū fuit odiū ordināris: sꝫ ⁊ delictū ordinati q̄ se pmisit sine titulo ordinari. Itē. cōtra. lvj. di. p̄ros tū. ibi em̄ ppter incōtinentiā patrū filij illegitimi non p̄nt pmoueri. j. q. iiij. §. itē pctō. vj. q. j. si q̄s. xv. q. vlti. cū multa: ⁊ de here. vgēris. cū mulꝫ sil. ib⁹. So. triplex est pena. Eternalis. spūalis: ⁊ corpalis. qd̄ ꝑsequere vt no. j. q. iiij. in summa. Jo. and. ibi sic dr̄. Pena eterna nunq̄ punitur vnus p alio. j. q. iiij. c. j. ⁊ c. iā itaq̄ cū seq. Et de hac intelligit illud Ezech. xviij. filius nō portabit iniquitatē p̄ris: nec pr̄ filij ⁊c. Pena corpalis est duplex. quedam circa corpus. et illa sepe punit vn⁹ p alio. vt. j. q. iiij. §. itē pctō. Quedam circa statū rei. vt seruit⁹ ⁊ infamia. ⁊ hac etiā punit vn⁹ p alio: filius p patre: vt. vj. q. j. §. verū. Spūalis aūt est quadruplex. Prima est excōicatio. ⁊ hac nō punit vnus pro alio vt. xxiiij. q. iij. si habes. Scd̄a est interdictū: ⁊ hac punit vn⁹ p alio. de spō. nō est vobis. Tertia remotio ab oblatiōib⁹. ⁊ ista etiā punit vnus p alio. vt. xvij. q. iiij. miror. Quarta pena spiritualis est ordinis ⁊ remotio ab eo: ⁊ vnus etiā punit p alio. nā ppter fornicationē vel adulteriū vxoris repellit vir a pmotione. vt. xxxiiij. dist. si cuius. Jo. an. Extendi potest multū materia ex his que habentur in textu. §. item peccato ciuiū. p multū exēpla scripture. quō vnus grauatur in pena odio alterius ⁊ quare.

An vn⁹ puniat p alio.

Pena triplex ē.

Vbi. s̄.

Nō licet actori quod reo

licitū nō existit. Hec regula sumpta est ex. l. ff. e. ti. l. nō licet actori. Pone casum. iiij. q. iiij. c. ij. ibi. Accusatores ⁊ accusati eq̄ audiunt rōne. Et facit ad hāc regulā illa. s. in iudicijs. ⁊ qd̄ ibi dixi. Formata autē fuit hec regula p hūc modū: q: fauorabiliores sunt rei q actores. Unde si q̄d actori licet: multo magis reo q̄ fauorabilior est. Sꝫ ea rōne q̄ parilitas in iudicijs est fūdāda. vt in regula in iudicijs. Intelligit idē iuris ecōtra. s. qd̄ nō liceat reo: qd̄ nō licet actori. Nota tn̄ q reus maiores dilatiōes hꝫ q actor. ⁊ re⁹ hꝫ deliberatorias ⁊ nō actor. Plures alios fauores quos hꝫ reus magis q actor ibi potes videre in glo. Hec Jo. an.

Dilatio maior dat reo q̄ actori.

Non prestat impedimen

tū: qd̄ de iure nō sortit effectū. Pone casum in mr̄imonio qd̄ nō tenet: qd̄ nō pstat impedimentū scd̄o. xxxj. q. ij. si verū. In electione q̄ nō tenet de elec. ꝯgregato. Uides tn̄ in mr̄imonio q spōsalia q̄ sunt nulla p cōsanguinitatem vel affinitatē: prestāt impedimētū in cōsanguineis alterutri⁹ ex publice honestatis iusticia. Rō est: q: publice honestatis iusticia inducit ex solo cōsensu. Unde ex quo sunt aliq̄ ex cōsensu: lꝫ alꝰ sint nulla: inducit publice honestatis iusticia. Si aūt essent nulla ex defectu cōsensus: nō inducit. de spon. c. j. li. vj. Sicut ⁊ impedimētū affinitatis inducit etiā per coitū illegitimū. xxxv. q. iij. de incestis. Circa electionem etiā vides q electio que nulla est scd̄am impedit. de elec. auditis. qd̄ nō ꝑsequor: sed dic vt ibi. Itē in lr̄is pape per mendacium impetratis: q̄ lꝫ sint nulle quoad iuris effectū: prestāt impedimētū alijs impetrādis: si de eis mentio nō fiat. de rescrip. ceterū. sm̄ Hoff. Et nota hanc regulā verā nisi aliquis in penā prohibeat. hoc dico propter maleficia que nō sortiunt effectū a iure: ⁊ tamen impedimentū prestant pmouēdis. l. dist. c. j. ij. ⁊ iij. Interdū

Electio q̄ nulla ē scd̄am impedit

Idē in alijs casibus.

matrimonio ꝯhendo. Nota. xxxiij. q. ij. hoc ipm̄. §. hoc aūt q̄q̄. ⁊ de homicid. presbyterū. qui habet em̄ pro infecto qd̄ cōtra iura fit. dist. x. vides. vbi de hoc. Jo. an.

Non pōt esse iusta excusa

tio pastoris: si lup⁹ oues comedit: ⁊ pastor nescit. Hec regula habet in dec. de re. iur. Et sunt vba Gre. Pastor ē plat⁹ ⁊ sic noīatur q: pascere dꝫ vbo doctrine: exēplo bone vite: ⁊ cibo terrene sube inquātū pōt gregē sibi cōmissuꝫ. Un̄ in signū hui⁹ primo pastori dictū fuit ter a dn̄o. Pasce oues meas vel agnos meos. Jo. vl. De primo cibo. di. xliij. sit rector. De scd̄o dist. xl. nos q̄. ⁊. §. j. per totū. De tertio. xij. q. ij. gl̄ia. ⁊ c. q̄cq̄d. Dꝫ aūt tria facere: q̄ signant in baculo pastorali. Un̄ vsus. Collige sustenta: purga vaga morbida lenta. de sacra vnc. cū venissent. i si. Nec sufficit q puniat delicta q̄ videt: sꝫ subtiliter dꝫ inq̄rere vitā subditoꝝ ad inueniendū defect⁹ eoꝝ: sicut debitor creditorem: sm̄ Tho. in sū. Lupus est hereticus. Itē tyrān⁹ qui iniuste opprimit subditos: ac etiā publicus malus xpian⁹ q̄ trahit alios ad malū exēplo suo. Uel etiā diabolus q̄ suis tentationib⁹ incautos deuorat. contra oēs debet vigilare pastor.

Ex. v. de cre.

Pastor q̄s sit. et q̄ mōdis debeat pascere.

Non est obligatorium con

tra bonos mores prestitū iuramētū. Hec regula simil posuit ex. l. ff. eo. ti. ꝯtra. Pone exēplū in eo q̄ iurauit occidere patrē: vel sile q̄d facere. xxij. q. iiij. c. j. ⁊ p totū. Itē in eo q̄ iurauit vxorē ⁊ filios expellere. de iureiu. quintauall. Ad idē. ff. de pac. dota. l. cōuenire. vbi pactū ne cū vxore agat rerū amotarū nō valet: q: p illud inuitant mulieres ad furandū. Nō est ergo vera regula precise q̄ dicit q iuramentū seruādū est si pōt sine interitu salutis eterne seruari. de iureiu. si vo. Nam si est cōtra bonos mores nō dꝫ seruari: nec obligat. Uerbi gr̄a. Iurat q̄s nō sumere clericatū vel nō intrare religionē: ⁊ hmōi q̄uis istud posset seruari sine interitu salutis: tn̄ q: impedit maiorē pfectū salutis seruari nō dꝫ: sm̄ Tho. Idē in quolibꝫ temerario iuramēto. ꝯ. ti. sicut. ⁊ c. tua nos. ij. ⁊ q̄n vi vel dolo. prestitū est. de iureiu. lic. li. vj. qd̄ dic. vt qd̄ metus cā. abbas. ⁊. xv. q. vj. c. ij. Et facit ad hanc regulā supra in malis ⁊c. Non ergo tenet turpe pactū vel ꝯtra bonos mores. de pac. c. vl. ergo nec iuramentū qd̄ accessoriū est. Et nota q debemus rebus vti ad qd̄ sunt institute. vt. xxij. q. ij. is aūt. Sed iuramentū nō est institutū vt sit vinculū iniq̄tatis. dicit Aug. xxij. q. iiij. inter cetera. Jo. an. Hic multa possent dici de iuramento. q̄ vide. j. in. ij. parte. Si q̄s ergo iurat seruare statuta ciuitatis intelligit de licitis. Sic q̄ iurat seruare secretū aliqd̄ intelligitur si nō erit alꝰ p̄iudiciū. Et si intellexisset seruare etiā illicita q̄ peterent: tūc peccaret mortaliter. Sꝫ nō dꝫ seruare: q: tūc etiā peccaret. Un̄ Herodes q̄ ppter iuramētū decollari fecit Johānē baptistā pessime fecit. xxij. q. iiij. vnusquisq̄. Dauid qui iurauit interficere Nabal sancte mutauit propositum. q. e. qd̄ Dauid.

Ex. vj. li.

Rebus vtēduꝫ ē ad eū finem ad quē sunt institute

Matth. xiiij.

Mar. vj

j. re. xxv.

Nullus ex consilio dūmō

fraudulētū nō fuerit: obligat. Hec regula sumpta est ex. l. ff. eo. ti. l. cōsilij. Rō hui⁹ regule colligit ex canone. xiiij. q. j. §. qd̄ precipit. ⁊ ex decreta. de arbi. cū olim. p quā exēplificare potes: ⁊ ibi de hoc. Nullus em̄ tenet sequi cōsiliuꝫ immo explorare: ⁊ deliberare dꝫ apud semetipm an sibi expediat necne. Si aūt cōsiliū sit fraudulentū bene obligat cōsulens: lꝫ dixet rō supradicta: ⁊ hoc rōne fraudis. Exēplifica p canonē. di. lxxxvj. tanta. ⁊ de renū. sane. Nota igit breuiter circa hoc: ac cōsiliū datur circa ꝯtrū vel quasi aut circa maleficiū vel quasi. Primo casu subdistingue: aut non est fraudulentū: ⁊ tūc nō tenet: vt hic ⁊ in supradictis iuribus. Aut est fraudulentū: ⁊ tunc tenet actione de dolo ipsi cui cōsiliū dedit. vt. ff. de dolo. q si cū scires. vbi ille q̄ dolose mihi ꝯsuluit ⁊ forte lucri sui cā mutuare debitori nō idoneo: tenet mihi actione de dolo. In scd̄o casu sc̄z cū datur

Ibidem

Consiliuꝫ an sit imitādū

circa maleficiū: tenet̄ ꝯsulēs nō tñ ei: sed illi cōtra quē cōsiliū dedit: nec tūc tenet̄ actione de dolo: sed ei᷒ maleficij nomine. Nā si cōsuluit occidi: homicida est. di. l. si quis viduā. ꝛ de homi. sicut dignū. Si cōsuluit seruo vt fugeret vel furtū faceret: tenet̄ furti vel serui corrupti. ff. de ser. cor. l. §. Si ꝯsuluit titio mihi iniuriā facere: tenet̄ mihi actione iniuriarū. de pe. di. §. nō solum

Mādatū ꝛ ꝯsiliū differunt.

Differētia est ergo inter mādatū ꝛ cōsiliū. Nā mādator obligat̄ mādando: sed nō ꝯsulens ꝯsulendo. Jo. an. Ex hoc seqnit̄ ꝙ si quis ꝯsulit alicui ꝙ intret religionē cū debitis circūstantijs si inde ille nō pseueret vel male se habeat: in nullo tenet̄ coram deo. Silr̄ si quis cōsuluit alicui: vt cōtrahat cū tali pura intētione motus: si inde malum sequit̄: non ei imputat̄: ꝛ sic de similib᷒. Similiter in foro ꝯsciētie cōsulēdo nō ex toto. Sed dicitur bene cauere vt sit peritus in tali materia: alr̄ male ꝯsulendo nō ex toto excusaret̄ de consilio malo. Consiliū Achitofel fuit pessimū qđ dedit Absaloni. Consiliū Chusi q̄uis fuerit fraudulentū quoad intētionē ꝛ ppositū Absalonis tñ q: iniuste vsurpauerat regnū cōtra patrē: ideo videtur male fecisse. Sed ꝛ Rebecca de cōsilio suo quasi fraudulēto quod dedit Jacob: nō male fecit familiari consilio spiritussancti ad hoc inducta.

ij. reg. xvi
Ibidem xvij. ca.

Ubi. s.

Nemo potest plus iuris

trāsferre in aliū ꝙ sibi cōpetere dinoscat̄. Hec regula sumpta est ex. l. ff. e. ti. l. nemo. Pone casum. j. q. viij. daibertus. de do. inter vi. ꝛ vxo. nup. Cōcor. cum hoc qđ dr̄: Nemo dat qđ nō hʒ. de iure pa. qđ aūt. Sed ꝯ. de ꝯse. di. iiij. solet. vbi dat baptismū q̄ nō hʒ. ꝛ de ele. suffraganeis. Sol. Hoc qđ dicit regula est generale. Illa ꝟo sunt spālia ꝛ specialitatis rōnem facile videre poteris. Et ideo no. Ber. in predicta decre. nup. de dona. inter vi. ꝛ vxo. ꝛc. vide in glo. Jo. an. Ex hac regula sequit̄ ꝙ emens rem furatā nullū ius ibi hʒ: q: nec qui vendidit habebat. Recipiens a religioso sine licentia supioris: nō pōt illud tenere cū ille nil habeat. Suspensus ab officio ppter excōicationē vel hmōi eṗs ordinem dare pōt de facto: sed nō dat executionē. Prelatus qui dat auctoritatem quā nō habet nil dat.

Ubi. s.

Odia restringi ꝛ fauores

cōuenit ampliari. Pone casuz in primo dicto. xxv. q. iij. qđ scripsi. vbi ꝑuilegiū odiosum de ꝯtrahēdo in gradu ꝓhibito restringit̄. Et de deci. tua. §. vbi decime noualiū nō accrescūt laicis habētib᷒ decimas in feudū. In scđo pone casuz xvj. q. ij. c. j. ꝛ de ꝑuil. licʒ. li. vj. Et ꝯcor. ad hanc regulā. xvj. q. iij. §. pōt. Si ergo ius vel ꝑuilegiū odiosuz est restringet̄ dū est fauorabile ampliandū est. Si fauorabile ꝛ odiosuz vt macedonianū ampliat̄: q: illi iuri renunciari nō pōt. ff. ad mace. sed eñ pater. in fi. Itē extendit̄ nō solū ad pecuniā: sed ad rem aliā datā in fraudē. ff. e. ti. l. si Julian᷒. Host. de prescrip. cū ex officij. q̄rit de prelato q̄ prescripsit visitationē ꝛ nunq̄ fuit ꝓcuratus: mō petit ꝓcurationem an sit audiēdus: ꝛ dicit ꝙ nō. Prescriptio eñ odiosa est: ꝛ ideo vnū sine altero acquiri pōt ꝑ eā: nec tūc visitationi est annexa procuratio: sed ius cōmune fauorabile. Jo. an. Extēdi pōt sic. q: que sunt ꝓuocatiua odioꝝ: vt inferre cōtumelias: detractiōes: exercere vindictas: seueritas iusticie sunt restringenda ꝛ amputanda. Et q̄ sunt prouocatiua fauoris ꝛ amoris: vt remissio iniuriarū: obsequia impensa: largitas misericordie sunt amplianda. Sic Dauid cum tot persecutiones iniustas recepisset a saule benigne remisit: nec voluit vindicare cū potuit. Silr̄ in expulsione sui ꝛ cōiuratione populi cōtra eū. Sic ꝛ Joseph erga fratres qui vendiderant eum benignissime se habuit ꝛc.

Extēsio regule.

j. re. xxiiij ꝛ sequē.
ij. reg. xv ꝛ sequē.
gen. xxx viij. ꝛc.

Ex. v. de cē.

Omnis res per quascūqʒ

causas nascit̄ ꝑ eas dissoluit̄. Hec regula habet̄ in dec. de reg. iu. Et sunt ꝟba Jo. Chr̄ys. Pctm̄ primū cōmissuz fuit ꝑ feminā vt ꝑ causaz initialē: ꝛ ꝑ virū vt ꝑ causam cōpletiuam. Et ipm̄ pctm̄ dissolutū fuit ꝑ feminā. i. ꝑ virginē mariā initiatiue: cōpletiue ꝑ filiū eius iesum xp̄m. xij. q. ij. cuʒ redēptor. Peccatū introductū fuit ꝑ sensualia nimis eis inherēdo. s. cibū vetitū: ꝛ ipm̄ peccatū dissoluit̄ ꝑ sacramēta que cōsistūt in sensibilib᷒ humiliter querendo salutē ꝑ ipsa. j. q. j. multi. ibi. sacramentū est. Peccatū actuale committitur corde ꝑ cogitationem: ore ꝑ locutionem: opere ꝑ sensuū abusionē. Et ipm̄ remittit̄ ꝑ cordis cōtritionē: oris cōfessionem: opis satisfactionē: que semꝑ requirunt̄ saltē in pposito. de pe. dist. iij. penitētia cogit. Et sm̄ Pe. de tha rantha. Sicut sufficienter peccatū mortale cōmittit̄ solo voluntatis cōplacentia. xv. q. j. nō est. ita ꝛ sufficienter dissoluitur: seu dissolui pōt ꝑ detestationē solā volūtatis qui dicit̄ dolor intellectualis absqʒ sensuali dolore. de hoc. j. in. iij. parte. Item excōicatio solo verbo pōt fieri. ergo ꝛ absolutio ab ea per regulam istam: vt arguit Jo. an.

Pctm̄ actuale quō committit̄ ꝛ remittit̄.

Possessor male fidei vllo

Ex. vj. de

tpe nō prescribit. Pone casuz. xxxiiij. q. ij. si ꝟgo. ꝛ de ꝑscri. c. vl. Et hec regula vera est sm̄ leges in ꝑscriptiōe. x. vl. xx. an. C. de prescrip. lō. tem. aut̄. male fidei. In prescriptiōe aūt. xxx. vel. xl. annoꝝ nō requiritur bona fides. xvj. q. iij. §. pōt. de prescrip. vigilāti. Itē etiā sm̄ leges in prescriptione. x. vel. xx. an. sufficiebat bonā fidem ab initio agnouisse. vt in predicto. §. pōt. xvj. q. iij. sʒ sm̄ canones in omni prescriptione etiā longi tp̄is requirit̄ bona fides. Et nō soluz ab initio prescriptionis: sed ꝛ in qualibʒ parte prescriptionis debʒ prescribens agnoscere bonā fidē: vt hic. Et q: leges nō dedignant̄ sacros canones imitari in his que sunt cōtraria eis ptinentib᷒ ad forū conscientie: ideo ille leges sunt correcte ꝑ decretalez. de prescrip. c. vlt. ꝛ statur in hoc iuri canonico. Sed vtrū papa posset tollere leges quoad vtrūqʒ forū: sunt opiniones pro ꝛ cōtra. Sed dicit Jo. an. ꝙ vbi papa nō habet tp̄alem iurisdictionē non pōt tollere leges quoad forū ciuile: nisi in his in quib᷒ vertit̄ periculū aie: cū ptātes sint distincte. xcvj. di. cū ad verū. ꝛ dist. x. qm̄. vbi de hoc. In his aūt in quib᷒ vertit̄ periculū aie: pōt tollere quoad vtrūqʒ forum. Probant̄ hec de iudi. nouit. de prescrip. c. vlt. Et per alia iura. Si querat̄ de eo q̄ cōpleta prescriptione incipit habere malā fidez an teneat̄ restituere rem illā: dic vt no. xiiij. q. vj. c. j. ꝛ. xxxiiij. q. ij. si ꝟgo. ex de ꝑscrip. vigilāti. Et ꝯclusiue ibi dr̄: ꝙ nō nisi haberet conscientiā remordētē: quā nō posset deponere. Et assignat̄ ibi ratio fidei. Fides dr̄ hic ꝯscia: sic sumit̄. xxviij. q. j. §. ex his. Et quō multis modis sumit̄ fides habes. xxij. q. j. mouet. ꝛ de sum. tri. ꝛ fi. ca. in rubrica. Ullo tp̄e potes facere punctū ante ꝛ post. ꝛ sic habebis duos intellectus. Prim᷒ est ꝙ nulla antiqua dierum possessio ꝛc. de prescrip. vigilāti. Scđs est ꝙ nullo tp̄e prescriptionis dʒ agnoscere malam fidem. Quid sit prescriptio ꝛ qđ vsucapio ꝛ q̄ in eis redērant̄: ꝛ q̄s eorū effectus: habes plene no. xvj. q. iij. in summa. ꝛ. j. in. ij. pte. Usurarij ꝛ raptores ꝛ hmōi: nō prescribūt vnq̄: nec heredes eoꝝ. de quo vide in. ij. parte. ti. j.

Papa an possit tollere leges.

Sine possessione prescri-

Ibidem

ptio nō pcedit. Hec regula sumpta est ex. l. ff. e. ti. l. q̄ seruitute. Per quā etiam pōt dici hic poni casus. ꝛ ꝑ. c. xvj. q. iij. porro. ꝛ de prescrip. causam. Quia seruus cū ab alio possideatur: nō possidet: vt in pmo casu. Hereticus ꝛ paganus vt in scđo. laicus spiritualia vt in tertio. Sciendum aūt ꝙ possessionū alia iuris: alia facti: alia iuris ꝛ facti. Hic interdum habʒ plurimū iuris ꝛ minimū facti: interdū aūt econtra. Quod prosequere vt no. de ꝯcef. prebē. cū nostris. Ut ergo currat prescriptio: debʒ possidere de facto ꝛ de iure. De facto planū est: q: qui nō possidet: nō prescribit. Et dʒ possidere pprio noie nō alieno. alr̄ ille prescriberet cui᷒ noie possideret. xvj. q. iij. clerici. Debet etiā possidere de iure: q: ad prescriptionem requiritur ciuilis possessio: ꝛ ꝙ talis sit ꝑsona in quaʒ cadere possit possessio hmōi: vt per inducta

Possessio multiplex.

tura pbat in pn. glo. Ad hoc etiã. xiiii. q. i. in princi. et qd ibi no. Hoc dico q: laici de facto interdũ possident decimas et spũalia. vt no. Bar. de ix. xiiii. q. i. in pn. Nã vt ibi pz aliud est possidere: aliud legitime possidere. Nota enim q hec possessio facti dz eẽ ptinua: q: si interrũpat possessio interrupta est pscriptio. xvi. q. iii. § pōt. et de pscrip. illud. Si m̃ stat interruptio ciuilr: puta p litis ptestationẽ sm canones videt q amodo non currat pscriptio: q: psumit titubare et malã fidẽ hre. secus sm leges: et hoc notat Jo. xvi. q. iii. c. i. Et qd dicit regula de possessione. intelligas etiã vel de q̃si possessione: q: incorporalia nõ possident: sz q̃si possident ff. de vsuca. l. sequit. §. si viã. Dicetiã plura ponũtur de vsucapione que ob breuitatẽ dimitto. Jo. an.

Ubi. s̃

Pro possessore habet qui

dolo desijt possidere. Hec regula sumpta est ex. l. ff. e. ti. l. q̃ dolo. Et pone casum vt lit. pẽ. eccl'ia scẽ marie. ij. Hec regula ĩo est q̃ad h vt itantũ teneat q̃ dolo desijt possidere inquãtũ possidẽs. nõ tñ tenet taliter. nã p possidẽtẽ dat directa: hic aũt dat vtilis. ff. de nova. l. electio. Itẽ nota q hec regl'a hz locũ in puato et in plato q̃ad bona ppria. Si aũt eccl'ia desinat possidere dolo plati: nõ hz locũ in eccl'ia iste rigor: q: delictũ psone etc. vt. s. in rl'a. delictũ. cũ suis ptor. et hoc no. Ber. sm Lau. vt lit. pẽ. eccl'ia. i. in vlti. gl. Itẽ no. q rl'a dicit dolo: q: si sine dolo tpe q̃ mora est lis: vel q̃ res iudicat desijt possidere absoluit. de excep. aduerso. Sz si iterũ incipiat possidere: et iterũ agat p cũ nõ ob. excep. rei iudi. vt ibi d. Si agẽs dicat reũ dolo desijsse possidere. reus aũt dicat q desijt sine dolo: q̃s habeat pbare q̃ri solet. De quo dic vt no. per Ber. in pdi. decre. de excep. aduersario. Et qd dixi q q̃ sine dolo desijt possidere absoluitur: verũ intellige h cum a pncipio sine dolo possedit. Si aũt a pncipio dolose possedit: puta p vsuras: per rapinã vel furtum: vel similimodo: etiam si sine dolo desijt possidere: puta naturali intercẽptione vel casu vel furto vel violentia: nihilominus tenetur. vt de vsur. cum tu. et de rapto. super eo. Et facit qd dictum est. s. in re mora. Jo. an.

possidẽs dolose a pncipio etiã si sine dolo dsijt possidere tenetur.

Ubi. s.

Peccatũ non dimittitur

nisi restituat ablatũ. Hic ponit p regula ṽbũ Aug. qd hr xiiii. q. vi. c. i. et de vsu. cũ tu. Qd aũt d: in hac rl'a verũ intelligas si illud ablatũ restitui põt: vt in p̃ceð. c. d. Si aũt res ipsa ablata restitui nõ põt: vl q: psumpta est: aut pdita: distracta: ut sine magno scãdalo non põt restitui res illa re[illegible] tenet [illegible]estimatio. etiã si res illa casu perijt sine culpa sua [illegible] nstanti fuit in mora. xvi. q. i. decime. et de cõmo. c. i. S[illegible] nec estimationẽ restituere põt: q: euidẽter ẽ inops: tũc q̃dez dimittit pctm̃: si videlz alr ipm penitet: remanet tñ obligatio: et si postea puenerit ad pinguiorẽ fortunã tenebit. ar. xvi. q. vi. si q̃s. et de sol. odoardus. No. tñ q inops q̃ dz ex ptru: sufficit si bonis cedat. C. q̃ bo. ce. pos. l. vi. Sed inops q̃ dz ex maleficio: castigat ṽberib. xij. q. ij. fraternitas. Qd g̃ dixi: q tenet si venerit ad pinguiorẽ fortunã: verũ est si penas corporales non est passus: alr secus: vt no. Ber. sm Lau. de homi. sicut dignũ. Restituat. Qd dicit de restõne. intelligas nisi is cui faciẽda est restõ liberalr remittat. i. sine vi sine metu sine fraude: q: satisfactũ intelligit q̃literciicq satisfaciat. ff. q̃. mo. pig. vel hypo. sol. l. itez liberat. Et qd dico de remissione. itellige in his casibus in q̃b expssum est in iure q nõ liberat remissio: vt de cẽsi. exigit. in fi. Est aũt restituedũ ei a q̃ extortũ est vel heredib eius si extãt. dist. xviij. qm̃. et de vsu. cũ tu. His nõ extãtibus paupibus: vt ibi in. d. c. Utrũ aũt excõicato cui est res restituẽda fieri dz restitutio dũ est in excõicatiõe: remittit ad no. p glo. xv. q. vi. nos sctõz. et subdit. Sz posset dici deponendũ illud in edẽ sacrã: quousq. s. absoluat credito. Ablatũ. Idẽ intelligit in dãnis datis p aliquẽ in q̃bus nil puenit ad eũ: q: sez tenet dãnũ passo: alr nõ remittit pctm̃. Jo. an. Et q: multũ diffuse tractatur materia de restõibus in

Restitutio quõ et cui fieri debet.

ij. parte. ti. ij. ideo hic nõ plus. Põt ad multa extendi regula ista. Et pmo: q: de pctm̃ sine vltione non parit. vt d. de pe. di. i. si pctm̃ dauid. iõ nõ fuit dimissum pctm̃ humani gñis nisi facta restõne seu solutiõe pene in cruce p xpm. ps. Que nõ rapui tũc exoluebã. et sic de q̃libet actuali pctõ: q: cũ p ipm subtrahit obsequiũ deo debitũ p supbiam nisi humilietur q̃s in obsequiũ dei nõ remittit. de pe. dist. i. neminẽ. Sic de ablatione fame vel dãnificatione vel occasione et hmõi: q: opz satisfacere modo possibili.

Ampliatur regula. ps. lxviij

Qui occasionez dãni dat

Ex. v.

dãnũ q̃s dedisse videt. Hoc habet ex de iniu. et dã. da. c. vlt. lz sub alijs ṽbis. et addit imediate sic. Secus tñ de illo dicẽdũ q̃ vt nõ occideret de ptingẽtib nil omisit. et in pncipio decretalis ilit sic d. Si culpa tua datum est dãnũ vel iniuria irrogata: seu alijs irrogãtib forte opem tulisti: aut hec imperitia tua: aut negligẽtia euenerũt: iure sup his satisfacere te opz: nec ignorãtia te excusat: si scire debuisti ex facto tuo iniuriã verisimiliter posse ptingere vel iacturã. hec ibi.

Nota q duplex est occasio. s. data: et ex ista tenetur. et occasio ex se accepta: et ex ista non tenetur quis.

Occasio duplex

Peccati venia non datur

Ex. vi. li.

nisi correcto. Hec regula colligit ex. c. legat. xxiiij. q. ij. et de scisma. c. i. lib. vi. p q̃ pones casum. Nota q differentia est inter delictũ: pctm̃: et crimẽ. Pctm̃ idem est qd prauus act. delictũ ṽo desertio boni q̃si derelictũ. Crimen ṽo pctm̃ accusatione et dãnatione dignissimũ. lxxxi. dis. c. i. frequenter tñ vnũ ponit p alio. Nota q pctõr nõ solum delinquit in deũ: sed etiã in eccl'iam. Per ptritionẽ aũt deletur peccatũ quoad deũ. Per pniam ṽo q̃ imponit a sacerdote in pfessione ostendit deletũ quoad ecclesiã. de pe. di. i. p totum. lz aũt p ptritionẽ sit deletũ quoad deũ: tñ adhuc de crimine accusari põt. xxxiij. q. ij. admonere. vbi de h. Si q̃ semel conteritur et penitet: vlterius nõ coget penitere. Si in iudicio accusatus absoluit: vlterius nõ poterit accusari nisi in casibus notatis. ij. q. vi. habet hoc p p̃lum. Signat ptrariuz ad hanc regulã. di. iiij. deniq. Ibi cm̃ datur venia nõ correctis: et sit ibi mentio de crapula carnispriuij. sed exponit ibi venia. i. impunitas pene tpalis. pper scandalũ cm̃ vitandũ relinquũtur q̃nq crimina ipunita: vt. l. dist. vt cõstitueret. Itẽ ptra de peni. et re. q quidã. et c. officij. vbi datur penitentia nõ correcto. i. incõtrito. Sed dic q lz imponat pnia: non tñ datur remissio. et ideo inutilis est illa penitentia quoad vitã eternã. et de pe. dist. v. falsas. Nota etiã q p quolibet mortali debet duplex pena. s. eterna seu infernalis et tpalis. de pe. di. i. si pctm̃ dauid. Hoc etiã ponũt Tho. et alij theologi. Uenia pene tpalis interdũ datur nõ correcto in hac vita inquãtum. s. quis non punitur seu satisfacit p pctis cõmissis. venia aũt pene eternalis nunq̃ datur incõtrito. Jo. and. Sic potest extendi aut loq̃mur de venia peccati. i. remissione quoad culpaz: aut quoad penam. Si quoad culpã vera et firma stat regula ista: quia nec culpa peccati mortalis remittitur alicui nisi correcto. i. ṽe penitẽti et contrito. de pe. dist. neminẽ. et c. tres sunt actiones. Culpa etiam venialis nõ remittitur in p̃senti non penitenti de co: sed in purgatorio. Si ṽo loq̃mur de peccato quoad penam ei debitam: siue eternã: siue temporalem. adhuc vera est regula: q: pena eterna nunq̃ remittitur incorrecto: idest non contrito de oĩbus mortalibus. de pe. dist. iij. sunt plures. Sed nec pena tpalis de mortalibus vel venialib debita remittitur incõtrito. vnde indulgentie talibus nõ valent que solũ sunt de penis. Sed cõtrito datur venia. i. remissio correcto. ptrito quoad illa quoz penitet. nõ autez de illis venialibus de q̃bus non penitet.

pctm̃ delictum et crimẽ differunt.

Pctm̃ quõ deleatur.

Peccato mortali debet duplex pena.

Extẽdit regula.

Priuilegium psonale pso

Ibidem

nã sequit et extinguit cuz psona. Hec regula sumpta est ex l. ff. e. titu. l. priuilegia. Pone casum. vij. q. i. petisti. et de aus

to. et vsupal.c.ij. Et nota quod dicit priuilegium: quia ius cōe ad vnā psonā directū ad oēs extēdit. dist. lxi. miramur. et de re iudi. in causis. Et idē in rescriptis directis ad psonas: quia cū psonis extinguunt. de offi. deleg. quā. Sic et pacta psonalia psonis nō trāsgrediunt. de trāsac. de cetero. Et cōpromissum nō extendit ad heredes: nisi de ipsis caueat. de arbi. c. vlti. et intelligit hec rła de priuilegio psonali. i. psone concesso. Idē si sit psonale ex parte concedētis. de rescrip. si gratiose. li. vi. Priuilegioꝝ igit aliud psonale aliud reale. de pres sump. mādata. Si aūt simplr̄ concedant an dicant psonalia an realia: dic vt no. xxv. q. ij. in summa. et xvi. q. i. possessiones. Et qđ dr̄ hic de priuilegio psonali quod extinguit cū psona idē intelligas in reali: qđ s. extinguit extincta re. xvi. q. vij. et h̄ diximꝰ. de rb. sig. abbate. Qđ dic verū qn̄ ipsa loca vel res puta ciuitas ecclīa vel alia loca sacra vel pfana destruuntur supioris aucte. fm̄ Hob. et Lau. q̄ hic no. sup. d. c. et h̄ diximꝰ. Si aūt destruat ab hostibus retinet oia sua priuilegia: et remanēt ibi clerici. vij. q. i. pastoralis. Idē si aucte supioris trāsferat ad aliū locū vel vniat alteri. xvi. q. i. et tpis. et c. seq. Et licz dicat h̄ priuilegiū extingui cū extinguit psona: interdū etiā extinguit aīt et ppter abusum meret extingui. xi. q. iij. priuilegiū meret amittere. inq̄t Grego. q̄ concessa sibi abutit ptāte. et in casib' nota. in gl. et di. xxij renouātes.

Priuilegium duplex.

Et no. quod priuilegiū indeterminate concessum psonā sequit pcise vt in rła. i. in oi loco et tpe. Sed priuilegiū concessum cū determinatiōe loci et tpis: vt in vsupallij extra locū psonā nō sequit. vt de vsupal. ex tuarū. Tenoꝛ em̄ priuilegioꝝ attēdendus est et seruādus. de priuile. porro. Jo. an. Ex hoc sequitur quod q̄ obtinet aliquā autoritatē spālem vel grām simplr̄ a superiori semp retinet: nisi reuocetur.

Ubi. s.

Pluralis locutio duoꝝ

